

C. D.  
DISSERTATIO LEGALIS  
De  
**Mutuo & Usura**

27566

13

1644

1

*Quam*  
Permissu ac suffragio Nobilissimæ

Facultatis Juridicæ in Illustri Leucorea

PRÆSIDE

*Magnifico & Amplissimo Viro*

**DN. JEREMIA REUSNERO,**

Acto & Antecessore Celeberrimo, Facultatis

Juridicæ Ordinario & p. t. Decano Spectatissimo,

Decretalium Professore Publico, Curia Electoralis &

Synedrij Ecclesiastici Assessore gravissimo.

Præceptore, Patrono ac Hospite

in primis demerendo.

*publico examini sistit*

**JOACHIMUS Kennenkampff**

Rigæ-Livonus.

*ad diem 28. Septemb. In Auditorio Jctorum*

WITTENBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

ANNO MDCLXXIV.

Dissertatio de

Mentis & Illius

terminis ac diffinitione Nobilissimas

DN. H. R. R. A. R. E. I. N. E. R. O.

Magistro Johanne Celestino

Præceptore Facultatis

JOACHIMUS REINHOLDUS

The Johann. Ambros. Pöppel  
Anno 1745



que  
gene  
in c  
repe  
rem  
aud  
mer  
exte  
alio  
tuo  
exsp  
acc  
cau  
cia  
ena  
TU  
ha  
lo  
si  
dic



## CUM DEO!

567

**D**E MUTUI Excellentia multum præfari animus non est, cum hæc vel inde perspiciatur, quod beneficij genus sit, quo hominum necessitati succurritur; & quidem sine dantis injuria, quem tota Mutui natura rebus geminis & similibus genere occupata, nullum timere damnum, nullum in commutatione lucrum sperare jubet. æqua rependit nec suo nomine dignum putatur, nisi parem fecerit dati & accepti rationem, unde multi audent credere, velint accipere plurimi; Egenis tamen beneficium hoc expensum ferre, aut in usuras extendere, turpem censet foenerationem. Inter alios quoq; contractus vix ullus litium feracior mutuo est: beneficia quippe eousq; læta dum majora expectantur, quæ ubi cessant aut antevenerunt, & acceptis vices exsolvendæ, gratia oneri, quælibet causa obtentui sumpta in quæstu habetur, hinc judicia & in repetendo uberrimam jurgiorum segetem enasci experimur quotidie, ut Plato MEUM & TUUM omnium controversiarum seminarium haud immerito dixerit. Hujus naturam cum paulo plenius indagare libuerit, operam non ludemus, si lege methodi servata, rei definitionem eamus indicatum. Sit itaq;

A

THE.

THESIS I.

Mutuuum (a) est contractus (b) realis (c) stricti juris, (d) quo quantitas (e) ea lege datur, ut eadem in genere, (f) non in specie restituatur.

(a) ita dictum quod ex meo tuum fiat l. 2. §. 2. ff. de Reb. cred. pr. Inst. quib. mod. re cont. quod reciprocè intelligendum, ut non modo meum fiat tuum, sed vice versa ut illud tuum quod acceperas in pari genere ac bonitate fiat meum. Donell. lib. 14. Comm. c. 1. quod & natura rei & Etymus, quæ à Debitore magis quam Creditore venit, indicat; Pecunia enim quam dedit Creditor, non est mutua, neq; mutuo, id est, invicem data, sed spe mutua & paris recipienda tradita & concessa. Comman. 7. Comm. c. 1. n. 7. Quo pacto distinguitur à donatione, legato, similibusq; contractibus, qui rem dantis accipientis quidem faciunt, sed sine effectu constitutæ obligationis l. 3. §. 1. ff. O. & A. Unde patet, notationem hanc non Grammaticam sed Logicam esse, præcipuam formæ ac differentia specificæ partem continens.

(b) pr. Inst. Quib. mod. re cont. §. jus autem 2. ff. de Jur. N. G. & C. l. 80. ff. de solut. Verbo contractus non specialiter pro obligatione ultro citroq; secundum l. 19. ff. V. S. sed generalius quatenus est conventio cum causa sumpto. l. 1. §. 3. & 4. ff. de pact. l. 7. in pr. §. 2. & 4. eod. non enim ex vinculo utrimq; obligatorio, sed negotio ipso seu συναλλαγή ad obligationem producendam idoneo contractus substantiam metimur. Treutl. disp. h. th. 1. lit. C. & disp. 6. th. 1. lit. d. ubi Bach. & cap. 3. Miscell. disp. Suroolt. dissert. 12. aph. 48. Bellon. lib. 2. suppus. c. 2. Obligatio autem ut consistat, sufficit ut hæc alteri quæretur, & alium sibi obstringat ad aliquid præstandum. l. 3. ff. O. & A. Quæ ubi alteri quærita fuerit, is habet actionem adversus obligatum, ita ut obligatio non alio modo consideretur, quam respectu actionis quæsitæ alteri, neq; actio quam respectu obligationis, quæ alter astringitur. Greg. Lopez. animad. jur. Civ. c. 10. n. 7. Unde Mutuum contractus est, non qua transfert dominium, sed quatenus ex eo debitor ad reddendum obstringitur. Bach. in not. ad Wesenb. de R. C. n. 5.

(c) Realis

(c) Realis est, quod Contractus hic ad validitatem & perfectionem suam non desideret solennitatem verborum, nec consensum formalem determinatum, sed principaliter traditionem rei, quæ substantia obligationis mutui expletur *l. 6. ff. ad. Sct. Mac.* quæ si non intervenit nulla oritur obligatio, eum sola partium conventio, nisi etiam rei de qua conventum est sequatur traditio, non sufficiat. *l. 2. §. 3. ff. Reb. cred. l. 1. §. 1. ff. O. & A.* Et hoc modo distinguitur à cæteris contractibus v. c. Consensualibus, quamvis enim in iis res intervenire, debeat, ita ut nec Emptio nec Venditio sine re intelligatur *l. 3. ff. de Cont. Empt.* non tamen actus ad causandam obligationem & perficiendum contractum, sed tantum ad implendum requiritur, nam simul ac de re pro certo pretio tradenda convenerint contrahentes, perfecta est venditio respectu contractus, & competit actio ex Empto. *l. 1. ff. Action. Empt. Gomez. 2. Var. res. c. 6. in pr. Mozz. de Contractib. Tit. qua ven. app. rei. n. 5. seq.*

(d) Quia strictam habet ex sua natura regulam, qua omnia Arithmetica proportione, ad æqualitatem eorum quæ data sunt, exiguntur, ut rerum Creditarum sit in omnem partem æqualitas, nec ultra quicquam aut citra liceat contrahentibus efficere. *l. rogasti n. §. 1. ff. R. C. l. 17. ff. de pact. Wesenb. in par. b. t. n. 9.* Ideoq; judici fas non erit ex bono & æquo arbitrari, sed secundum præscriptam formulam, & ipsius contractus regulam procedere tenetur, quæ præter id quod ipsi naturæ contractus ex definitione juris & præcisè inhæret. *l. cum quid. §. ff. R. C.* aut nominatim conventum est, *l. quicquid. 99. ff. V. O.* nihil admittit. In bonæ fidei verò contractibus iudex potestatem habet iudicandi super iis, quæ alterum alteri præstare æquitas suggerit. *§. in bonæ fidei. 30. Inst. de Act. l. 2. §. fin. l. 5. in pr. ff. V. O.* Cujus differentia rationem, non tam à formula ex bona fide, quam à diversa conventionum qualitate & natura, quæ Prætori causam dederit, ut latiore potestatem permitteret Judici, & clausulam ex bona fide formulæ adjiceret, arcessimus. *Bachov. tract. de Action. disp. 6. th. 2. & disput. miscell. cap. 4.*

(e) Quantitatis vocabulum non strictè hic accipimus pro pecunia tantum numerata, ut in *l. u. ff. compens. l. 5. C. si cert. per.* Neq; latissimè, prout vox quantitatis in omnes res corporales cadit, utpotè cum omnes res quantitatem recipiant, & quicquid ferè est in rerum natura,

A 3

natura,



natura, numerum vel pondus subeat. Sed pro re fungibili, cuius substantia in pondere numero & mensura consistit, i. e. quæ non nisi hoc modo commercio subiacet vel natura vel consuetudine l. 2. §. 1. ff. de Reb. cred. l. 6. C. si cert. pet. Bach. ad pr. Inst. quib. mod. re. cont.

(f) Hæc est propria & specifica differentia, quæ ab omnibus aliis contractibus secernitur. Significat autem hic Genus non quid abstractum aut incertum, sed certam substantiam, quæ certitudo tamen non est restricta ad ipsam speciem mutuam. l. 2. in pr. ff. de Reb. Cred. Sed ad aliam ejusdem generis, seu ut Just. loqui amat Inst. quib. mod. re. cont. ejusdem naturæ & qualitatis, quæ subrogata functionem, id est formalem & substantialem æquipollentiam recipit, ita ut hæc suppleat alterius vicem, & una species tanti æstimetur quanti altera, fuit enim est tanti esse l. pretia 63. ff. ad l. falc. l. si servum 33. ff. ad l. Aquil. & tantundem præstare l. 6. ff. Reb. Cred. quod per solutionis facultatem pulchrè velut experimento palpabili cognoscitur, quia tanta est in iis similitudo, ut alia re ejusdem generis soluta, non aliud sed idem videatur redditum. Unde in mutuo restituendum venit, non idem in specie, nec diversum in genere, sed idem in genere & diversum in specie. *Susholtz. dissert. 13. apb. 8. Molin. tr. de Usur. n. 18. Bellon. lib. 1. supp. jur. c. 4.*

## THESIS II.

Mutuum est vel verum quod reali traditione perficitur, de quo in seqq. vel Præsumptum.

Præsumptum intelligimus, cum naturalis numeratio non intervenit, sed Debitor sequentis numerationis spe pecuniam se mutuo accepisse Chirographo confessus est; quæ confessio cum præsumptionem acceptæ pecuniæ adversus scribentem inducat, obligari videtur, non quidem ex literis, cum nullam in se causam sine qua obligatio consistere nequit l. 7. §. 2. & 4. ff. de pact. ante numerationem factam contineant, data sc. sub conditione numerandæ pecuniæ, quæ cum sequuta non fuerit sub contraria conditione velut non data nec obligantes habentur arg. l. 7. ff. de Contr. Empt. l. 40. §. 2. l. 107. ff. de Cond. & demonst. ut proinde nuda ratio vel scriptura eum debitorem facere

non



non possit, si nec mutuum acceperit, nec ulla debendi causa præcesserit ut loquitur Justinus in l. 49. in fin. ff. de pec. l. 26. §. fin. ff. de pos. Sed ex præsumpto, mutuo, quasi illud revera accepisset debitor, cui probando literæ inserviunt l. 4. ff. de fid. instr. l. 4. ff. de pign. & hyp. eoq; creditoris intentio non in literis, ut, ajo te mihi debere quia scripsisti, semper enim vinceret, sed in numerata pecunia fundata est. l. 3. C. de Except. non numer. pec. omniaq; experitur quasi ex vero mutuo esset obligatio & actio l. 5. C. d. t. Unde & Reus non literas sed numerationem exceptione sua, quæ intentioni Actoris per modum contradictionis opposita esse debet, oppugnat. l. 7. C. de non num. pec. Inst. de lit. obl. vers. planè. Ideoq; solus temporis lapsus sat momenti non habebit ad astringendam fidem, cum modus non sit introducendæ vel mutandæ obligationis l. 44. §. placet ff. de O. & A. sed tantum præsumptionem numerationis, quæ initio levior est, & opposita Exceptione, Actoris probationem exigit pecuniam sc. numeratam esse, l. 1. l. 3. C. h. t. ad assistentiâ legis firmiorem reddit, demptâ Creditoris probandi necessitate, cum juris præsumptione & naturalis & civilis obligatio subsit, debitorem sc. à Creditore pecuniam accepisse, dum intra legitimum tempus quarimonia usus non sit. Et ex hac præsumptione ipse Justinus in fin. Inst. de Lit. Obl. Reum condemnat, dum se tempora coarctasse dicit, ne Creditores diutius pecuniis suis forsitan defraudentur; nemo enim ex præsumptione qua tali condemnari potest, sed ex eo quod præsumitur, cum habeat actum reflexum, propter literas autem præsumitur numeratio, ex qua obligatio & condemnatio sequatur necesse est. vid. Sutholtz. diss. 14. apb. 65. seqq. qui hanc sententiam post Bach. ad Tr. disp. b. 1b. 2 lit. b. & Inst. de Lit. Obl. defendit.

Ex quo sequitur, cum præsumptio ista, quam inducit biennij lapsus, non sit juris & de jure sed tantum juris, quæ probationi contrariæ cedit & veritati succumbit l. si Chirographum 24. ff. de probat. Si præsumptionem hanc debitor elidere velit contraria probatione non factæ numerationis in se susceptâ, merito eum audiendum esse per c. locupletari 48. de R. I. in 6. l. 10. l. 13. C. de non num. pec. l. 25. in fin. ff. de probat. maximè cum provida legis cura debitori contra Creditoris injurias consulere voluerit, non gravare: quod tamen fieret, si temporariam dando Exceptionem auferret perpetuam jure communi competentem, vid. Gomez 2. Var. res. 6. in fin. Salic. ad l. 3. C. h. t. n. 19. Harv. Pist. lib. 4.



lib. 4. q. 12. n. 10. qui ab hac sententia nequam in iudicando rece-  
dendum esse ait. Requiritur autem ut debitoris probatio, quæ non  
erit pura facti negativæ sed qualificatæ *l. optimam. C. de cont. stipul.*  
testibus & documentis indubitatis expediatur. Etenim debitoris  
negligentiam, Exceptionem non num. pec. intra legitimum tempus  
non opponentis, *l. 14. §. illo* coercet, ut Creditori, præsumptionem  
juris biennij lapsu firmatam præ se ferenti, juramentum deferre ne-  
queat. *c. 2. X. de probat. Zang. de Except. p. 3. c. 14. n. 68. seq. Perez. in Expos.*  
*Cod. h. t. n. 15.* Quæ tamen probatio tum admittitur, si debitor illam  
in continenti probare velit, cæterum si illam protendat, & in Camera  
& in foro Saxonico *juxt. ord. process. jud. tit. 39. §. Wann aber* instru-  
mentum Executioni mandatur, Exceptione non numeratæ pecuniæ  
ad reconventionem vel processum ordinarium debitori reservata,  
quo pecuniam indebite solutam condicere poterit. *arg. c. debitores X.*  
*de jurejur.* Sicut à Magnifico Dn. Præside, Mæcenatæ & Præcepto-  
re meo quovis Observantiæ cultu venerando, in Collegio nostro Pra-  
ctico edoctus, sum.

Competit autem hæc Exceptio non num. pec. debitori, etiamsi  
illi tempore interpositæ cautionis renunciaverit, cum eadem facilita-  
te & indigentia renunciassè quæ scripsissè præsumatur, & Creditori  
dokus futurus remitteretur, *contr. l. 5. ff. de pact. dot. l. 27. §. 3. ff. de pact. l. 23.*  
*ff. de R. J.* nisi ex intervallo renunciatio facta fuerit, *arg. l. 22. C. ad*  
*SC. Vellej.* vel ipso facto partis solutione declarata *l. 4. C. de Except. non*  
*num. pec.* aut juramento munita fuerit, tum Exceptionis beneficio  
non fruatur, cum de consulta voluntate abdicantis se hæc Exceptione,  
facilitatis insuper suspicione, quæ suberat, juramenti religione subla-  
ta, liquido appareat, *Hart. Pist. d. l. 9. n. 5. Col. de process. Exec. part. 1. c. 10.*  
*n. 235 seqq.* Quod si autem juramentum Instrumento simpliciter ac-  
cesserit, Exceptio integra manet, *l. fin. C. h. t.* eadem enim conditio ju-  
ramento inest, quæ obligationi cujus naturam sequitur, ut vel hinc  
in tempus receptæ pecuniæ juramenti vim videatur contulisse debi-  
tor, quamvis non recepit evidenter causa finalis juramenti cessat, *c.*  
*quemadmodum X. de jurejur.* vid. *Hillig. ad Donell. 14. Comm. 37. l. f.*

Creditori quoq; contra Apochas quibus non receptam pecuniam  
recepisse fatetur, ex quacunq; causa, nisi nominatim aliqua excipian-  
tur, quas vid. apud *Zang. p. 3. c. 14. n. 3. seqq.* intra 30 dies datæ Apochæ, si-  
cille

570  
mille Exceptionis privilegium probandi onus in Adversarium devolvens conceditur *l. in contractib. 14. §. super. 2. C. h. 2.* Ideo aurem angustioribus cancellis hæc Exceptio constringitur, quod non sit eadem necessitas apocham quæ Chirographum prærogandi, *arg. l. 14. C. de solut. unde post 30. dies tantam præsumptionem seu potius probationem factæ solutionis eriri, ut in favorem liberationis l. Arrianus 47. ff. de O. & A. ne quidem probationem in contrarium admittendam esse censeant Dd. Zang. d. l. n. 25. Carpz. p. 2. const. 29. def. 19.* Quod tamen in foro Mercatorum ubi neglectis apicibus juris ex bono & æquo proceditur. *l. 29. §. 4. ff. Mandat. vix obtinere, sed si post 30. dies, privilegiata Exceptione semota, negativam, pecuniam scilicet solutam non esse probare velit Creditor, intentionem ejus perferendam esse putamus, præsertim si Reus sit debitor ex propria persona, ut in facto proprio nullam habere possit ignorantia causam, per c. locupletari de R. J. in 6. l. 33. ff. de Reb. cred. cum Erman. Costa in repet. l. si ex caution. C. de non num. pec. diff. §. n. 3. seqq. Ant. Fabro in Cod. lib. 4. tit. 22. def. 1. §. 7.*

### THESIS III.

Mutuum ita consideratum duo afficiunt.

1. ipsa Mutui datio. 2. Obligatio ex mutui datione nata.

### THESIS IV.

In Mutui datione consideranda veniunt.

1. personæ quæ mutuuum dare & accipere possunt. 2. Res quæ mutuo dantur & accipiuntur, 3. Modus dandi & accipiendi.

### THESIS V.

Mutuuum dare possunt qui consentire & qui dominium (a) liberamve rerum suarum administrationem habent. (b) Unde excluduntur

duntur pupilli, minores, (c) prodigi, (d) furio-  
fi, (e) qui nec dare nec accipere mutuum  
possunt.

(a) Cum substantia hujus contractus in dominij translatione consistat, dantem dominum esse oportet, *l. 2. §. 4. ff. de Reb. Cred.* Qui si dominus non fuerit, rei mutuo data dominium in accipientem non transmittit, cum transferre ad alium plus juris possit quam ipse habeat *l. nemo 54. ff. de R. J.* Unde fur nummos furtivos, vel quivis alius non dominus rem datam accipientis non faciet *l. 13. cum seq. ff. b. t.* Et licet in re aliena omnes alij propemodum contractus celebrari possint, nam alienam rem commodari, *l. 15. ff. commod. de poni l. 1. §. si prado ff. de pos. distrahi posse constat, l. rem alienam 28. l. 34. §. item 3. ff. cont. Empt. l. 46. ff. de Act. Empt. Bach. ad Wesemb. in par. tit. commod. n. 4.* Mutuum tamen data re aliena non contrahitur, *l. 2. §. 2. ff. b. t. l. si quis 56. §. 2. ff. de fidejuss. Surholt. dis. 13. aph. 14.* nec obligatio ne naturalis quidem inde nascitur, alias fidejussorem obstructum redderet, *d. l. 56. §. 2. ff. de fidejuss. §. 1. Inst. de fidej. l. 8. §. 3. ff. d. 1.*

(b) Coniunctim requirimus dominium & administrationem liberam, licet enim dominium ejus naturæ sit, quod tribuat potestatem ad quemcunq; usum, *l. in re 21. C. mandat. potestas tamen illa quandoq; ligatur lege, ne possit in actum prodire, sic v. c. pupillus mutuo dare non potest, non, quod Dominus non sit, sed quia de rebus suis pro arbitrio disponere prohibetur, l. non omnis 19. §. 1. ff. b. t. §. nunc admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non.* Quod tamen verum si Tutoris autoritas deficit, quo casu nec dando nec accipiendo verè contrahit. Et licet pupilli consensus intelligentis quod actum est, naturalem obligationem in se producat, *l. si pupillus 21. ff. ad L. falcid. l. cum illud 25. §. 1. ff. Quand. dies leg. ced.* qua valida sit quoad effectus externos §. *præerea Inst. quib. mod. toll. obl. l. 1. ff. de Nov. l. Marcellus 25. ff. de fidejuss. l. 127. ff. V. O.* respectu tamen effectuum internorum, ut retentionis, solutionis, compensationis à jure civili ipsi ademptorum infirma censetur, *l. quod pupillus 41. ff. de cond. ind. l. 59. ff. de O. & A. nisi locupletio factus sit, tunc excepto D. Pij etiam civili ratione conveniri potest, l. pupillus 5. ff. de Aurb. Tut. l. 3. in pr. ff. commod. l. aut Prator. 3. §. 4. ff. neg. gest. Bach. ad Treuth.*

vol. 1. dis.  
Quod si  
gerenda  
tuum da  
R. J. d.  
ipsi qu  
sta ex ce  
fecta su  
fact. cas.  
(c)  
rendum  
l. si servum  
ju tam  
nibus ve  
l. 1. ff. M.  
ff. V. O. 2.  
ligare,  
pecuni  
cur arg  
facilita  
filios. m  
ff. de ju  
bata &  
incum  
dit. Car  
bona f  
aliis da  
effectus  
eo con  
res & f  
ret. &  
mus l.  
tib. di  
minu  
profu  
vol. 1.



vol. 1. disp. 6. lib. 5. lit. b. § ad §. 9. Inst. de inutil. stip. Arum. de mon. c. 6. n. 8. seqq.  
Quod si Tutoris authoritas intervenit, pupilli persona ad actus ritè  
gerendos inhabilis, quodammodo habilitatur & integratur, ut mu-  
tuum dare & accipere, ac qualibet negotia ritè exsequi possit. l. 5. ff. de  
R. f. d. §. 9. Inst. de inutil. stip. Et sicuti ex contractu Tutoris actio utilis  
ipsi quaritur, & alios convenire potest, l. 2 & 4. C. quand. ex fact. Tut.  
ita ex contractu Tutoris conveniri potest, si in rem ipsius pecunia pro-  
fecta sit, quæ Tutori ejus nomine mutuo data fuerit l. 3. C. quand. ex  
fact. tut.

(c) Di Minore curatorem habente non abfimile judicium fe-  
rendum, qui licet ex contractu etiam civiliter obligetur l. puberes 101.  
l. s. servus 141. §. 2. vers. pubes ff. de V. O. arg. l. 20. ff. de R. l. §. C. de Nupt. Hu-  
jus tamen judicium cum fragile adhuc sit, & multorum insidiis captio-  
nibusve suppositum, bonorum administratio ipsi non committitur.  
l. ff. Minorib. l. 3. C. de in integ. restit. Each lib. 3. contr. c. 9. Gypsan. ad l. 101.  
ff. V. O. Hillig. ad Donell. lib. 12. c. 22. lit. 2. ideoq; nec mutuum dando ob-  
ligare, neq; accipiendo obligari potest, nisi locupletior factus sit, vel  
pecunia in rem ejus versa fuerit, quod tamen semper factum præsumi-  
tur arg. l. 7. §. 1. l. 11. §. 3. l. 27. §. 1. ff. de min. nisi Minor dolo Adversarij aut sui  
facilitate se lasum esse probaverit l. 5. C. de in integr. restit. l. 2. C. de  
filiis min. d. l. 11. §. 3. ff. min. c. constitutus X. de in integr. rest. l. 9. §. si minor. 4.  
ff. de jurejur. Gomez. 2. Var. ref. 14. Molin. de Usur. n. 279. lacione vero pro-  
bata & restitutione impetrata Creditori pecuniam repetenti probatio  
incumbit eam in utilitatem minoris versam esse l. 1. §. 2. C. si advers. Cre-  
dit. Carpz. p. 2. const. n. def. 44. Hart. Pist. lib. 1. q. 38. n. 32.

(d) Prodigum, qui nec tempus nec finem expensarum habet, sed  
bona sua dilacerando & dissipando profundit l. 1. ff. de Curat. furioso vel  
aliis dand. non Ethicè hic, sed juridicè consideramus, ad hunc scilicet  
effectum ut nihil ipse in præjudicium sui agere & contrahere, nec cum  
eo contrahi possit. Quod ut fiat, Cognitionem Magistratus, qui mo-  
res & facultates probè perpendat ut hunc vel illum prodigum decla-  
ret & bonorum administratione interdicat, necessariam esse judica-  
mus l. 1. l. 6. l. 10. ff. de Cur. furios l. 18. ff. qui rest. fac. poss. Bach. ad Tr. de pact.  
tib. d. Gomez. 2. Var. resol. c. 14. n. 31. Hillig. ad Donell. lib. 12. c. 22. lit. f. Di-  
minutione bonorum interdicta, quoad alienationem & bonorum  
profusionem furioso cujus nulla voluntas est, comparatur l. 40. ff. R. f.

B cate



eternum extra hunc casum pupillo assimilatur, cum & contrahendo obligationem sibi acquirere & conditionem suam meliorem facere possit *l. is cui. 6. ff. V. O. l. 9. §. 7. ff. de reb. cred.* Cum enim hæc bonorum interdictio favori ipsius inserviat & ad diminutionem restringatur, non debet contra ipsum ne adquirat converti, *l. nulla 25. ff. de LL. l. quod favori 6. C. eod.*

(e) Furiosus cum nullum negotium gerat *l. 5. ff. de R. 7. l. 1. §. furiosum 12. ff. O. & A.* nec mutuum dare manifestum est *l. si a furioso 12. ff. de R. C.* Principio enim movente interno, quod est facultas appetitiva virtutis, quæ apprehensivam & cognitionem circumstantiarum præsupponit, destituitur; & ideo consensum qui in omnibus contractibus requiritur adhibere non potest. Unde absentis & dormientis loco habetur *l. 2. §. pen. ff. de jur. Codicill. l. 1. §. furiosus ff. de acq. poss. & cuius acta æstimantur non secus ac si fortuito & casu facta essent l. fin. §. fin. ff. de adm. Tut. l. sed etsi 5. §. 2. ff. ad L. falcid.* Quod in tantum verum est, ut nec cum Curatore id facere possit *d. l. 5. ff. R. 7.* Cum enim curatoris autoritas sit negotij gesti recteq; cogniti approbatio *l. 1. §. 2. ff. de Tutel. l. 3. & 4. de aut. Tut. vel cur.* prius necesse est ut quid agatur, quam ut probeatur quod agitur, probatio enim tantum imperfectum & quotidie angefcens iudicium supplet, depravatum insanum non item, quod medicina potius & commiseratione quam supplemento opus habet.

## THESIS VI.

Pecunia aliena vel propria à persona inhabili credendi animo data, ex post facto tamen per consumptionem (a) mutuum conciliat. (b)

(a) *l. 12. l. 13. ff. de Reb. Cred. l. 56. §. 2. ff. de fideiuss. l. pater 81. ff. de jur. dot.* cuius rationem Julianus *l. Ctus in l. non omnis 19. §. 1. ff. b. t.* assignat. Conditionem scilicet ideo dari, quod pecunia facto dantis ad eum qui accepit intelligatur pervenisse; pervenire autem dicitur quod est remansurum & in dominium transit *l. aliud est capere 71. ff. V. S.* quod fit propter consumptionem, cum harum rerum quæ in mutationem cadunt, nullus usus esse possit nisi consumantur. Consumptâ re, nul-

lum ei  
dem g  
dit, qu  
juris a  
minur  
tur J  
itaq; c  
cessari  
tuunt  
licet v  
tur mu  
Tur. B  
nullu  
esse in  
sumpt  
sumpt  
petiti  
§. 2. ff.  
five in  
17. ff. s  
confu  
dantis  
transl  
confu  
minu  
ligati  
qui in  
tur, o  
th. 5. l  
pit co  
tium  
uti po  
stant  
agit, v  
confu  
vel m

sum ei qui dedit superest aliud juris auxilium, quam ut condicat ejusdem generis sibi nummos dari, & propter factum quo rem mutuo dedit, quasi verus Creditor omnia intendat. Huic autem facto quod juris aut consensus deest, autoritate legis suppletur, quæ dantem dominum aut personam habilem, non tamen verè sed fictè, vel ut loquitur JCtus *in d. l. non omnis 19. §. 1. ff. R. C.* intellectivè præsupponit. Cum itaq; dans fingatur dominus esse, & pecuniam fecisse accipientis, necessaria & habilia mutui intercessisse videntur, quæ mutuum constituunt. Et hoc est quod Theophil. *ad §. nunc admonendi Inst. quib. alien. licet vel non*, dicit. Quod non fecit pecuniæ numeratio ut constitueretur mutuum, id facit bona fide sequuta consumptio *vid. l. 9. §. 2. ff. de aut. Tut. Bachov. ad d. §. nunc admonendi Comm. an. 7. Comm. 1. n. 15.*

(b) dico conciliat non confirmat; Quia ante consumptionem nullum est mutuum, sed consumptione prius constituitur & mutuum esse incipit *d. l. nam etsi 13. cum §. seq. ff. b. r. d. l. 56. §. 2. ff. de fidejuss.* Consumptio autem facta esse intelligitur, quando domino nummi consumpti sunt & perierunt, ita ut eorum nomine nulla domino actio petitio nulla, aut persecutio eum eo qui accepit superfit *arg. l. si is cui 94. §. 2. ff. de solut.* Hic enim sive usuceperit *l. si alienam 13. ff. de mort. caus. don.* sive in rem suam verterit, vel alio modo bona fide dissipaverit *l. Cassius 17. ff. sol.* actio quæ numerationis tempore horum nomine sufficiebat, consumptis nummis exstinguitur, & perinde res habetur, ac si nummi dantis fuissent, & dans eos accipientis fecisset, qui ex vera dominij translatione plus commodi consequuturus haut fuisset, quam ex hac consumptione, quæ instrumentum quoddam censerur subtiliter dominium inducens *Cuj lib. 13. Obs. 38. Borch. c. 2. n. 22 de Reb. Cred.* Ethac obligationis revalidatio, consumptione sequuta, etiam fidejussorem, qui in omnè causam acceptionis sc. & consumptionis acceptus videtur, obligatum reddit *d. l. 56. §. 2. ff. de fidejuss. Bach ad Tr. vol. 2. disp. 28. ib. 5. lit. a. Cyph. ad l. 2. §. 4. C. si cert. per.* Quod si nummi ab eo qui accepit consumpti non fuerint, dans ad reddendam nummorum existantium possessionem, quam ante numerationem habuit, conditione uti potest *l. indebiti 15. §. 1. ff. de cond. indeb.* Dominus vero nummos si exstant vindicare potest, si dolo malo consumpti sunt ad exhibendum agit, vel utilem conditionem ex mutuo instituere potest si bona fide consumpti *arg. l. 4. C. si cert. per. §. Nunc admonendi Inst. quib. alien. licet vel non. l. rogasti 11. §. fin. ff. reb. cred.*



THESIS VII.

Filiusfamilias qua talis pecuniam mutuo dando nihil agit, (a) accipiendo vero naturaliter (b) & civiliter obligatur, (c) sed SCto Macedoniano, (d) cui renunciare non potest, (e) defenditur.

(a) Pecunia ut verè mutua sit, dominium ejus in alium dans transferre debet, quod filiosfam. denegatum, cum pater istius rei vel sit dominus, vel in ista re usumfructum habeat *l. sin. §. ipsum §. vers. filius C. de bonis qua. lib. Hillig. ad Donel. lib. 12. c. 23. lit. C. Gædd. de Contr. stipul. c. 7. n. 48.* ideoque pater pecuniae extantis vindicationem *l. si quis 3 §. 2 ff. ad St. Maced.* consumptæ conditionem habet, si queratur obligatio *l. n. §. sin. ff. b. t. secus si dissolvatur, tunc pecunia consumpta non condicatur per l. si filiosfam. 14. l. non omnia in fin. ff. b. t. Borch. de reb. cred. c. 3. n. 64 seqq.* dixi quæ talis, nam si sub qualitate patrisfam. consideretur *l. 2. ff. ad St. Maced.* Mutuum ex peculio suo castrensi vel quasi castrensi rectè dabit *l. 1. §. sin. cum l. seq. ff. ad St. Maced.* quia de his & cum patre litigat. *l. his nullæ 4 ff. de judic.* sibi enim cum bona Castrensia acquirat non patri, inter patrem & filium injustum respectu horum oriri potest, atq; ita judicium, quod est justum atq; injusti dijudicatio, actionem atq; obligationem civilem præsupponens. *Vacon à Vacun. i. declar. g. n. 4.*

(b) Quia æquitas naturalis exposit, ut is qui accepit quod est alterius, ejus legis vinculo quæ jubet ut suum cuiq; tribuamus sit obstrictus: proinde cum hæc obligatio suæ virtuti & naturalitati relinquatur, nec à jure civili infirmitur, si sui juris factus solvat solum non repetit, filios etenim lex exonerare noluit, sed pœnam Creditoribus adjicere voluit, ideoq; hi quod dederunt non petunt, nec illi quod solverunt repetunt *l. 9. §. 4. §. cum l. seq. ff. ad St. Maced. l. si pœna 19 ff. Cond. indeb. Conn. lib. 7. Comm. 2. n. 8. 10. vid. Bach. ad Wes. de Cond. indeb. n. 4.*

(c) Filiusfamil. cum ex omnibus causis velut paterfamil. obligatur *l. 39. ff. de O. & A. l. 57. ff. §. judic.* etiam pecuniam mutuum accipiendo ipso jure tenetur *l. 18. ff. ad St. Mac.* sed actio, Exceptio SCti Maced. opposita, non efficaciter dirigitur *l. 6. C. ad Maced.* quæ cum perpetuo filium-

filium  
Creditor  
non v  
verò p  
luxuri  
oleo &  
fuerit  
tionis

Sueton  
tiam C  
filiosfa  
à foeno  
usuris  
pecun  
ipsum c  
nes su  
tis dat  
n. 4. h  
tis eti  
paren  
latum  
sacris  
l. 7. §.  
etiam  
propri  
ptio p  
est fili  
prom  
Sti I  
qui su  
l. 7. §.  
verum  
jure.  
tria p  
Nov.



filiisfamil. tucatur l. 40. ff. condict. indeb. l. 9. §. 4. ff. h. r. perinde est ac si  
Creditori nulla actio, petitio nulla daretur l. nihil interest 112. ff. de R. J.  
l. non videtur ff. cod. Wosenb. in parit. ad Sct. Mac. n. 9. ibiq. Bach. Specialiter  
verò pecuniam dari Senatus prohibuit, quod illa libidinum fomes &  
luxuriæ instrumentum censeatur, periculo profusionis in aliis vino  
oleo &c. cessante l. 3. §. 3. l. 7. §. 3. ff. h. r. ad Sct. Maced. nisi fraus quaesita  
fuerit Scto, ut fructibus distractis uteretur pecunia, tum æquæ repeti-  
tioni Sctum Maced. impedimento erit d. l. 7. §. 3. Et l. 3. §. 3. ff. h. r.

(d) Hujus Scti ferendi suasorem Vespasianum fuisse testatur  
Sueton. in Vespas. c. 11. licet ante hunc Claudius Imperator lege lata favo-  
riam Creditorum quoq; cocruerit, ne in mortem Parentam pecunias  
filiisfamil. foenori darent, ut refert Tacit. 11. Ann. c. 13. ita autem dicitur  
à foeneratoro improbo Macedone l. 1. ff. ad Sct. Mac. qui ut majoribus  
ufuris pecuniam suam occuparet, & filiorumfam. foveret nequissimam  
pecunias eis credidit incertis nominibus i. e. non expressa causa cur-  
ipsis crederet, tantum ut ab eo mutuas accepisse faterentur, & in ratio-  
nes suas referrent, hæc enim adjecta, condicere quod perdituro & scortis  
daturo credidisset, prohiberet l. si quis 8. ff. pro Empt. Conn. 7. Comm. 2.  
n. 4. hoc casu, cum filiof. ære alieno obruti in quodvis flagitium ac mor-  
tis etiam paternæ cogitationem impellerentur, Sctum hoc in favorem  
parentum l. 1. ff. h. r. & odium foeneratorum l. 9. §. 4. cod. l. 40. ff. cond. indeb.  
latum est, eoq; cautam, ut ejus pecuniæ mutux nomine, quæ filiof. in  
sacris paternis constituto credita est, mutuantur ut & successoribus ejus  
l. 7. §. 6. ff. h. r. denegetur actio, tam adversus patrem, quam filiumfam.  
etiam post mortem parentis, vel si alio modo sui juris factus sit §. illud  
proprie pen. Inst. quod cum eo qui in al. por. l. 1. §. 2. l. 7. §. 10. ff. h. r. cum Exce-  
ptio peremptoria sit ac perpetua l. 40. ff. de Cond. ind. data non quia nunc  
est filiusfam. sed quia fuit eum daretur illi pecunia, ideoq; si quis filiof.  
promiserit se pecuniam daturum, deinde Emancipato dedit, cessat  
Scti Exceptio, quæ ut filiof. credatur exigit; contra, si promiserit ei  
qui sui juris, deinde arrogato dederit, locus est Scto l. 3. §. fin. cum ll. seqq.  
l. 7. §. 4. ff. h. r. Donell. 12. Comm. c. 25. Zanger. de Except. par. 3. c. 12. n. 11. Quod  
verum etiam si filius consul vel cujusvis dignitatis erat, Sctum tamen de  
jure veteri non impediabatur l. 1. in fi. ff. h. r. Hodie vero filius, quem à pa-  
tria potestate dignitas liberat, cum amplius filiusf. non sit, sed paterf.  
Nov. 81. hoc Scto quo tantum filiof. prospiciebatur, minime gaude-

bit. *Balb. ad Treul. disp. h. rh. 7. lin. c. & ad Wes. de SCr. Maced. n. 5. Carp. part. 2. Const. 10. def. 17.*

(e) Hoc SCrto, cum maxime Parentum securitati prospectum, foeneratorum verò improbitatem coercitum voluerit Senatus, manifestum est, privato filij. pacto juri publico & juri patrifam. qualito nihil derogari *l. finus 27. §. pacta 38. ff. de pact. multo minus silentio & dissimulatione*; hinc si filius. conventus Exceptione hac non opposita condemnatus fuerit, tantum abest ut noceat ei sententia, ut in executione iudicati illam opponere possit. *l. i. ff. ad SCr. Maced.* Quod etiam de jure civili verum esse putamus, licet renunciatio hae juramento vallata fuerit: Cum enim hic actus ex mera juris civilis dispositione, bonis moribus contrarius, & ansam peccandi præbere præsumatur *l. i. in pr. ff. ad SCr. Maced.* etiam illo jure per juramentum naturam actus cui apponitur imitans confirmari non potest *arg. l. ult. C. de non num. pec. Dd. in l. non dubium C. de l. Lesius lib. 2. de just. & jur. c. 17. dub. 7. n. 55. seq.* Cæterum de jure Canonico, ubi omne juramentum quod non vergit in æternæ salutis dispendium servandum est & vim obligationis habet, *c. cum contingat X. de jur. jur. c. licet mulieres eod. in 6.* actus hic, qui ex natura sua vel qualitate objecti nullam turpitudinem habet, juramento muniri potest *arg. c. quamvis de pact. in 6.* maxime cum Lex Civilis in penam & odium Creditoris non ab obligatione ipsa sed tantum ab actione judiciali debitorem liberet, cui vel sola solutione renunciare potest *l. 9. §. 4. ff. h. t. l. 19. & 40. ff. de Condit. indeb.* Unde *Fach. 2. cont. c. 62. & Covarr. ad d. c. quamvis pactum de pact. in 6. part. 2. §. 3. n. 6.* existimant, non facile dandam esse à juramento absolutionem, ad hunc effectum ut possit filiusfam. opponere Exceptionem SCr. Maced, quòd corruptio morum & insidiæ parentum vitæ ex accidenti sint, quæ mutationem nec per se neq; necessario sequantur, nisi conduceret Reip. quicquid, ob plurima mala quæ ex his mutuis in illa contingere solent.

### THESIS VIII,

Cessat autem hujus SCr. mens in pluribus causis, ex persona vel Creditoris, (a) vel patris in cujus potestate filius constitutus est, (b) vel iphus filiifam. (c) ductis,

(a) Si

(a) Si non mala sed bona fide filiofam. crediderit, putans eum esse sui juris, utpote quia publice paterfam. plerisq; videbatur, & patris. muneribus fungebatur l. 3. ff. ad SCt. Maced. l. 2. C. eod. ubi Salicet. n. 1. & 2. item si filiofam. se patremfam. simulaverit, eamq; conditionem Creditori ignoranti nec inquirere valenti persuaserit l. 1. C. ad SCt. Mac. l. 19. ff. eod. proinde si duo filijfamil. rei debendi sint, sufficit ut is paterf. habeatur, ad quem pecunia pervenit l. 7. §. 8. ff. b. t. quo casu principaliter cum eo contraxisse videtur, neq; ab altero correo, qui tum instar fidejussoris tenetur, Exceptione submoveri potest l. 7. in pr. ff. b. t. Donell. 12. Comm. c. 26. Quod si verò pecunia ad eum quem sciverit filiumf. esse pervenit, ab eo & ab altero qui fidejussoris loco habetur, repellitur Salicet. ad d. l. 7. §. 8. Quod si duo Creditores fuerint, quorum alteruter scivit in potestate patris filium esse, utriq; nocebit, non ob scientiam alterius arg. l. 7. §. 3. ff. de liber. caus. l. fin. ff. quib. ad lib. procl. non lic. sed propter obligationis conjunctionem, liberatus ab uno reo credendi liberatur ab altero l. 2. C. de duob. reis stip. l. 3. in fin. & pass. ff. eod. l. 7. §. proinde 7. ff. ad SCt. Maced.

(b) Pater si semel fuerit credenda filiof. pecunia author, frustra postea Senatus auxilium implorat l. 2. l. 4. C. b. t. l. deniq; 3. §. 4. v. si igitur ff. de Minor. licet postea ignorante Creditore mandatum revocaverit l. 12. ff. b. t. sed tenetur parens actione quod jussu eorum nomine quæ filius fecit sumptivè, nec in quos usus versa sit pecunia disquiri necesse est l. 5. C. b. t. arg. §. 1. Insti. quod cum eo qui in al. per. Item locus non est SCto, si contractum filij ratum habuerit l. fin. C. b. quo casu & fidejussores filijf. efficaciter tenentur, Salicet. ad d. l. fin. n. 3. Perez in Exp. C. ad b. t. n. 8. fit autem rati habitio non tantum verbis, sed & facto, si inceperit debitum solvere l. 7. §. pen. ff. b. t. aut silentio, si præsens sciverit & non contradixerit l. 12. in pr. ff. b. t. arg. l. 3. & 4. ff. de noxal. act. aut absens per literas certioratus continuo contrariæ voluntatis restitutionem non interposuerit l. si filiusf. 16. ff. ad SCt. Mac. Donell. 12. Com. 27. Zang. part. 3. c. 12. n. 30. seqq. Celsat quoq; hujus SCti beneficium, si in rem patris versa fuerit pecunia l. 7. §. 12. ff. b. t. l. 2. C. eod. quod intelligitur, si liberationem acquisiverit patri ipsius debitum solvendo d. l. 7. §. 14. aut pecuniam illam mutuam pro sorore in dotem dederit l. 17. ff. b. t. Item si filiusf. voluntate Patris absens mutuam pecuniam studiorum causa ad necessarios usus accipiat, quantum probabilis modus

arpe.  
foz.  
nife.  
o ni.  
io &  
osita  
recu.  
tiam  
ento  
one.  
li. in  
s cui  
. Dd.  
Ca.  
rin.  
abet,  
x na.  
ento  
poe.  
ctio.  
otest  
Co.  
nant,  
ctum  
cor.  
tua.  
quie.  
ous  
pa.  
est,  
a) Si

modus permittit, & patris pietas subministrare debuisset, petitionem  
suis pecuniae SCti auctoritas non impedit l. 7. §. 13. ff. ad SCt. Maced. l. 5.  
C. eod. Si autem invito patre abfuerit, & Creditor hoc sciverit, saltem  
usq; ad quantitatem quam domi impensurus erat pater, mutuam  
pecuniam repetet, arg. l. 3. §. proinde 3. ff. de in rem vers. Zang. d. l. n. 63. nisi  
insuper Creditori scienti specialiter mutuare pater prohibuerit, tunc  
tota SCti potestas interuenit arg. l. fin. C. de neg. gest. Sin autem ignora-  
uerit, quod in dubio praesumitur l. verius ff. de prob. hoc SCti Excep-  
tione non repellitur, maxime si in bonos uisus conuerterit filius. Salicet  
ad d. l. 7. §. 13. ff. §. 15. C. b. t. n. 6.

(c) Si Miles, qui non censetur in aliud acceptum expendere,  
quam causas castrenses, non enim liber ei luxus & convictus urbanus,  
nec ex veteri disciplina castris nisi comaeatu impetrato, ne reliquae  
copiae infirmarentur, ipsi abesse licebat l. fin. §. 1. C. ad SCt. Maced. si ca-  
strense peculium habeat, tenetur usq; ad quantitatem istius peculij,  
cum in hoc vice patrumfam. fungatur l. 1. in fin. cum l. seq. si sui iuris  
factus debitum agnoverit, vel totum solvendo tunc omnino quiescit  
SCtam, vel pro parte, quo casu, pro soluta parte SCti beneficio ex-  
cluditur l. 7. §. 16. l. 9. §. fin. ff. ad SCt. Maced. Bach. ad Treutl. disp. b. th. §.  
lit. a. & b. Conn. 7. Com. 2. n. 8. 9. vel pignora ejus debiti nomine dando,  
tunc usq; ad pignoris quantitatem Exceptio ei denegatur l. 9. ff. b. t.  
vel novando l. 2. C. b. t. Item SCto non iuvatur, si debitor esset ex alia  
iusta causa puta venditionis, locationis, &c. & pecunia debita conuer-  
sa sit in Mutuum; cum subit vera primordialis causa, cujus origo mag-  
gis, quam subrogata actionis titulus praevallere debet l. 3. C. b. t. l. 3. §. 1. &  
3. ff. eod. contra, si pecunia ab initio mutuo data sit, & filius, pecuniam  
hanc Creditori suo solvendam constituat, nihilominus SCti Exceptio  
obstabit, cum beneficium ex priori actione competens etiam in poste-  
riori vigere debeat d. l. 3. C. b. t. l. 33. ff. de donat. l. 69. ff. de fidejuss. Zanger. d.  
p. 3. c. 12. n. 16. seq. Gomez 2. Variar. resol. 6. n. 2.

## THESIS IX.

Præses Provinciae etsi mutuum dare pro-  
hibeatur, (a) mutuam tamen pecuniam su-  
mere ipsi non est interdictum. (b)

(a) l. 33.

(a) l. 33 ff. de Reb. Cred. l. 3. C. si cert. per. Quod non solum in anno, verum etiam in perpetuo Magistratu obtinuisse putamus, ut ab omni generis concussionibus, rapinis, ac avaritiæ sordibus quæ obtentu mutui regi possunt, arcerentur; cum hujus legis ratio non à perpetuitate, sed à præsumpta fraudis & terroris, quo omnia temerare solent l. 7. C. de jur. fisci. impressione, dependeat Salicet. ad d. l. 33. n. r. Fach. 2. Contr. c. 78. Ideoq; & aliorum Contractuum, excepta victus & necessitatis causa, cum subditis ineundorum copia ipsis denegata erat l. un. §. 2. C. de contract. jud. sub poena amissionis rei, & æstimationis insuper aut fisco l. 46. §. 2. ff. de jur. fisci. aut Venditori l. si per impressionem u. C. de his quæ vi met. caus. gest. pro qualitate delicti applicandæ l. licet ff. de cont. Empt. Et hanc prohibitionis rationem Cicero quoque in Verr. 6. reddidit: Quæ fuit causa, inquit, cur tam diligenter nos in provinciis ab Emptione removerent? Hæc iudices, quod putabant ereptionem esse non Emptionem, cum Venditori suo arbitrato vendere non liceret; Merces enim ab eo qui jubere potest vim necessitatis affert inquit Tacit. 14. Ann. c. 14. Idem in Præsidibus provinciarum patriotis obtinere putamus, quamvis iisdem, ex causa & favore singulari quo externos usquequaque antebant, cum provincialibus suis matrimonium contrahere permittebatur Leos. ff. de Rit. N. quod externis licitum haud erat l. un. C. si rector provin. l. un. C. si quacung; præd. pot. l. 63 ff. R. N. In officialibus verò Præsidis, qui non tanta pollebant potestate, nec soli Reipub. curæ vacabant, cum cesset impressio- nis & metus ratio, libera mercandi fœnerandiq; licentia utebantur l. 34. ff. de R. C. imprimis quod decedente Præsidi in provincia manebant, & à successore vel etiam decessore coerceri poterant l. nec magi- stratib. 32 ff. de injur. Bach. ad Tr. disp. b. th. 4. lit. b.

(b) Præsidibus verò Mutuum sumere d. l. 34. §. 1. concedit, cum hoc inopiæ subsidium, quo soli egestate laborantes nituntur, ipsis auferre haud æquum videbatur. Quod tamen verum si Præsides considerentur qua tales, cæterum si ut iudices per l. 1. ff. de jud. ab iis quorum iudices sunt, ne sub mutui specie tribunalia turpissimo mercimonij genere, velut ad licitantium arbitria prostituantur & corumpantur, mutuum sumere Exilij poena coercerentur l. quisquis 16. C. si cert. per. ubi Salicet. & Dd. Hodie verò Principes pro arbitrio cum subditis suis negotiari & contrahere, adeoq; mutuum dare & accipere

C

mem  
l. 15.  
tem  
tam  
nifi  
tunc  
ora-  
tio-  
licet.  
ere  
anus,  
lique  
si ca-  
culij,  
iuris  
iefici  
io ex-  
b. th. 8.  
ando,  
ff. b. t.  
ex alia  
nver-  
o ma-  
§. 1. &  
uniam  
ceptio  
poste-  
nger. d.  
  
pro-  
n su-  
  
(a) l. 33



cipere posse testatur Experientia, maximè, cum in contractibus, quos  
justitia commutativa æqualitatem rei commensurans dirigit, Prin-  
ceps ut privatus consideretur, & jure communi utatur quod propter  
consensum quemlibet obligatum reddit *l. i. in pr. ff. de pact. c. 1. X. de probat. Dd. in l. digna vox C. de LL. Gail. 2. Obs. 55. n. 7. Daniel Otto de jur. publ. c. 8. Arnis. de jur. Majest. c. 3. n. 12.*

### THESIS X.

Civitas mutuo datione obligatur (a) si pecuniam in rem ejus versam Creditor probet, (b) alioquin administratores mutuum accipientes tenentur. (c)

(a) Si civitas ipsa, vel hi qui pro diversitate Reipubl. Aristocratica, Democratica vel mixta civitatem representant, communicato consilio & unanimi consensu pecuniam vel aliam rem fungibilem mutuo acceperint, aut Syndicum ad accipiendum nominatum constituerint, tum Civitas ex hoc contractu, sive pecunia in rem ipsius versa sit sive non sit, sine ulla Creditoris probatione *arg. c. pen. X. de feud. Fac. 2. Cons. 75. Coler. de process. Exc. part. 2. c. 3. n. 366. seqq.* efficaciter obligatur *l. si is qui bona n. ff. de pignor. pacta siquidem eorum qui præfunt corporibus & collegiis, profunt & nocent ipsi collegio litem magistri 14. ff. de pact. c. qui fecit 72. de R. 7. in 6. cum omnes intelligantur scivisse & scire, item fecisse & facere, quod sciunt & faciunt ij quibus summa Reip. cura commissa est l. 14. ff. ad Municip. l. 15. §. 1. ff. de dol. mal. Carp. 2. part. 2. Conf. 6. d. 18. n. 12. seq. Hartm. Pist. lib. 1. qu. 37. n. 15. Jason. ad l. civitas 27. n. 12.* Non tamen quilibet singulariter, sed in universum tantum tenetur *l. sicut. 7. §. 1. ff. Quod cuiusq. Univers. nomine.* Unde executio regulariter non in bona singulorum, sed in bona Universitatis fieri debet, id est ex æratio communi *l. 2. quod cuius. univ. vel si nulla sit ex collecta communiter instituta solutio facienda est Coler. de process. part. 2. c. 3. n. 371. & 383* cum non subsistant obbigationes, quibus bona singulorum, pro debito Reip. hypothecæ nexu innodantur, vel repressalium & arrestationum periculis exponuntur *l. nullam possessionem 4. C. de execut. & exact. lib. 2. l. un. C. ut null. ex vic. an. lib. 11. Nov.*

52. c. 1. arg. c. non debet. c. quod omnes tangit de R. J. in 6. Gail. de Arvesi. c. 9. n. 7. seqq. & de pign. obs. 2. n. 2. Berlich. 1. Concl. 76. n. 2. 3. Jason. ad d. l. 27. n. 10. nisi cives semetipsos singulatim & in solidum obligaverint, tunc n. ex obligationis forma tenebantur arg. l. 3. §. 1. ff. de duob. reis. l. 2. & 3. c. eod. l. 1. in pr. ff. de Mag. conven. Carpz. d. l. def. 24. seqq. & part. 1. consti. 30. def. 12. seq.

(b) Quod si verò soli Consules, Syndici, Senatores, quibus Executio Civionis tantùm demandata est, maximè si per vices adeant administrationem & decedant, irrequisito Civitatis aut Tribunalium plebis consensu pecuniam mutuo accipiant, civitatem non obligant, nisi illam pecuniam civitatis nomine datam in rem ejus converterint, exemplo Tutorù & Curatorum qui pupillum sua administratione non obligant, nisi in ipsius commodum illa cesserit l. si in rem 3. C. quand. ex fact. Tut. l. 7. §. 3. ff. pro Empt. tot. tit. ff. C. de Adm. Tut. cujus privilegio civitas gaudet l. 3. C. de Jur. Reip. l. 4. C. ex quib. caus. maj. in integ. tum enim naturali ratione suadente ex accepta re ad restitutionem tenetur l. jure naturæ ff. de R. J. l. 32. ff. de R. C. Dd. omnes in d. l. civitas ff. h. t. Carpz. p. 2. c. 6. def. 19. Hartm. Pist. d. l. n. 24.

(c) Creditor pecuniam mutuam, quam civitas accepisse negat, aliter recuperare non potest, quam si in rem ejus versam esse probet l. un. C. de solut. & liber. lib. 11. Nov. 120. c. 6. in fin. & in d. Auth. Hoc jus porrectum C. de SS. Ecclesiis. à quo probationis onere Creditorem nec Instrumentum pecuniam in rem civitatis versam esse dicens, relevat d. l. un. C. de solut. & lib. deb. civ. Qui enim contrahit cum persona minus habili gnarus esse debet ejus conditionis & sollicitus de versione in rem l. 19. ff. R. J. l. 17. ff. ad Sc. Vell. Molin. de usur. n. 281. Hart. Pist. d. l. n. 30. seq. Carpz. d. l. def. 19. n. 9. Probatio autem versionis in rem & utilitatem civitatis, cum ignorantia causa habetur probabilis, non usq; adeò necessaria & ocularis probatio requiritur, sed conjecturæ verisimiles etiam sufficiunt arg. l. 5. §. 6. ff. de re mil. c. licet ex quadam X. de testib. Gail. 2. Obs. 149. n. 9. quarum aliquot recenset Menoch. lib. 3. præsumpt. 55. per tot. quæ tamen ita comparatæ sunt, ut Judicis arbitrio relinquendum sit, num per illas probabiliter demonstratum sit, pecuniam mutuo acceptam civitati emolumento fuisse per l. 3. §. 2. ff. de testib. Idem Menoch. Arb. Jud. qu. cas. 432. n. 35. Potest etiam Creditor cui

C 2

quos  
Prin-  
opter  
le pro-  
publ.  
  
si  
PRO-  
MUL-  
  
foera-  
nicato  
ilem-  
n con-  
iphus  
X. de fi-  
ficaci-  
m qui  
litum  
ligan-  
ij qui-  
de dol.  
Jason.  
niver-  
Unde  
iverfi-  
fi nul-  
r. de  
s, qui-  
antur,  
m pos-  
11. Nov.  
52. c. 1.



cui probationis onus incumbit, Judicis officium implorare, ut Administratores liti assistant & versionis probationes suggerant *arg. l. si parentes 20. C. de Evid.* aut libros rationum exhibeant & ostendant quo mutuam pervenerit *arg. l. 38. ff. de Evid. Pist. d. l. n. 42. ex Bart. ad l. 27. n. 10* Caterum si pecuniam à se numeratam in usum civitatis versam probet Creditor, tenebitur civitas, licet usus amplius non duret, vel antequam vertetur pecunia in causam civitati utilem accepta, casu fortuito perierit, cum initio in rem utilem acceptam fuisse sufficiat *sed an ultro 10. S. 1. ff. de negot. gest. l. 47. S. 1. ff. solut. Menoch. A. J. Q. cas. 432. n. 40. seq.*

(d) Si nudis Administratoribus pecunia credita sit, nec versio in civitatis utilitatem, aut legitimam totius ordinis congregationem, consensisse probari queat, ipsi Senatores vel Administratores etiam depositio officio *arg. l. prior. 3. S. 2. ff. de administr. rer. ad civit. licet ex illo contractu se obligari nolle protestati fuerint Jason. ad d. l. civitas ff. b. r. n. 16. tenentur per d. l. 27. ibi alioquin ipsi soli qui contraxerunt, non civitas tenebuntur*; ne Creditor si neminem habeat obligatum, manifestam rei suæ jacturam contra æquitatem subeat, & Administratoribus pecuniam non in civitatis sed in suos usus convertentibus fraus opituletur *cont. l. si & me 32. ff. R. C. d. Nov. 120. c. 3. in fin. Carpz. d. l. def. 21. Pist. d. q. 37. n. 66.* Quo casu, cum pecunia non horum contemplatione, sed civitatis nomine principaliter mutuata sit, non actione mutui, quod ultra intentionem & consensum contrahentium extendi non potest *l. non omnis 19. ff. de R. C. sed conditione causa data causa non sequuta conveniendi sunt, data enim ut in usus Reip. converteretur, quo non facto, quod opposita à civitate exceptione non versionis constare incipit, merito tanquam cessante causa propter quam data fuerat, administratoribus potest condici arg. l. si procuratori 14. ff. de cond. caus. dat. Bach. ad Treutl. disp. b. th. 5. lit. e. Gail. d. e. 9 de str. rest. n. 5.*

## THESIS XI.

Res quæ mutuo datur & accipitur fungibilis sit necesse est, (a) pondere, numero & mensura constans. (b)

(a) Cum



(a) Cum de Substantia naturaq; mutui sit, ut reddatur idem, genus in eadem bonitate l. 2. l. 3. ff. de Reb. cred. requiritur ut res mutuo danda, pondere numero & mensura constet, quæ ipsius rei dandæ, ut mutuo apta dicatur, Substantialia esse docet *Vacon à Vacun. 3. de clar. jur. 46. n. 2. seqq.* nam hæc sola functionem recipit, & alterius vicem subintrat, ut una tantum præstet quantum altera, non modo ipsa substantia ac qualitate sed etiam usu, quod fit per solutionem in genere potius quam specie, i. e. per alterius rei quam quæ mutuo accepta est, bonitate tamen & natura paris præstationem l. 2. §. mutui datio. ff. Reb. Cred. vid. th. 2. lit. e. *Wesemb. in parat. b. t. n. 11. Sub. dissert. 13. aph. 9. 10.*

(b) Quod dicitur mutuum in iis consistere quæ sunt ponderis numeri vel mensuræ, sic intelligimus, quæ sunt ponderis & numeri, vel mensuræ & numeri, nam res nisi numero & pondere, vel mensura & numero sint æquales, non belle altera alterius munere fungetur & mutui vicem supplebit, multominus si solus adsit numerus, nullæ enim res non ad numerum dari possunt, non tamen mutationem subeunt, si ponderis vel mensuræ non sint participes, ut isto modo æquari inter se, & ad æqualitatem reduci queant; Numerus itaque rerum mutationibus adeo inservit, ut sine eo fieri non possint, nec cum eo solo; nisi rei quantitas quasi determinetur numero, vid. *Comm. 7. Comm. 1. n. 5.* Quocirca corpora licet numerari possint, si pondus vel mensuram respuant, mutuo tamen dari nequeunt, ut equus, bos, liber &c. quia ibi res rei per omnia non respondet, adeoque aliud pro alio tolveretur d. l. 2. §. mutui datio ff. h. In panibus verò piscibus, carnibus ad certum pondus datis, mutuum consistere potest, si ejusdem ponderis & bonitatis restituantur. Unde C. Hircius cum vendere nollet, cænis triumphalibus Cæsaris Dictatoris sex millia Murænarum mutuo appendisse legitur apud *Plinium lib. 9. Hist. Anton. Perez. C. sciert. pec. n. 19. Mozz. de Contr. tit. de reb. quæ mut. poss. n. 4. seqq.*

THESIS XII.

Modus dandi mutuum est vel communis vel singularis. Communis est, cum dominus

C. 3

minus

Ad  
2. l. 3.  
ff. de  
re. ad  
ver.  
ure, t  
epta,  
e sus.  
7. 2.  
versio  
nem.  
iam.  
x illo  
ff. b. r.  
a civi  
unife  
atori  
fraus  
def. 21.  
atio-  
nu-  
tendi  
causa  
verte  
erfio-  
quam  
14. ff.  
le Ar.

un-  
&  
Cum



minus propriam pecuniam (a) suo nomine  
datam accipientis facit. (b)

(a) Essentiam mutui, ut scilicet ex meo fiat tuum l. 2. §. appellata ff. R. C. alienæ rei datio non absolvit, cum nemo videatur dare aut amittere rem, quæ propria non fuit l. non videntur 83. ff. de R. J. nec alter capere quod alij restituere necesse habet l. 51. ff. R. J. sed propria, cum rem propriam dominus mutuuario dat l. 2. §. in mutui datione 4. ff. b. eamque mutuarius ea intentione accipit, ut obligetur l. 3. §. 1. ff. O. & A. nisi enim ex utraq; parte affectus contrahentium concurrat, perducere ad effectum, quem intendit datio non potest l. in omnib. 55. ff. O. & A. nec sola numeratio obligat, sed quoties id ipsum agitur ut obligetur l. non omnis 19. ff. b. t. sic è diverso, debitorem sola promissio, se se pecuniam à Creditore mutuo accepturum non obligat, sed necesse est, ut præter promissionem vel consensum, actualis rei traditio interveniat sup. ib. 2. lit. b. quæ antequam fiat, in potestate habet, ne accipiendo Creditori futuro se obstringat l. qui pecuniam 30. ff. de Reb. Cred. cum is qui se accepturum quid promittit, sua non Creditoris causa hoc faciat, cui ut renunciaret jura permittunt l. 41. ff. de Minor. l. pen. C. de pact. ad interesse tamen Creditori tenetur, si ipsius interfuerit, pecuniam quam in usum debitoris servat, mutuum dedisse arg. l. qui Romæ 122. ff. V. O. l. si pecuniam 5. ff. t. de Cond. caus. dat. caus. non sec. Matth. ad d. l. 30. ff. b. t. Wesenb. in par. b. n. 12. Et hinc Jason. ex natura Correlativorum arguit ad d. l. 30. n. 9. nec Creditorem cogi posse, ut pecuniam debitori promissam numeret, nisi debitoris interfuit, quo casu aut pecuniam promissam ipsi numerare, aut interesse præstare tenebitur per l. si penam 68. ff. de V. O.

(b) Creditor re mutuo data dominium confestim à se abdicat, illudq; in accipientem transfert l. 2. §. appellata ff. b. t. ita ut nihil juris in ea retineat, neq; in mercibus ex pecunia mutuo data emptis, mutans cæteris Creditoribus præferri, vel illas pro securitate mutui retinere potest, sed in concursu Creditorum communi jure uti debet l. cum qui C. de O. & A. Gail. 2. Obs. 12. in pr. Jason. ad l. Creditor 25. ff. b. t. n. 5. quod si tamen nominatim & specialiter ad comparandas tales merces pecuniam mutuo dederit, privilegio gaudet & cæteris Creditoribus personali actione agentibus præfertur l. qui in 26. l. quod  
quis

quis ff. de privileg. Credit. Fafon. ad d. l. 15. n. 2. & 5. hypothecam tamen non aliter habet, quam si eam expresse in re empta adquisiverit, l. quamvis 17. C. de pign. l. licet 7. C. qui pot. in pign. vel ad refectionem aut conservationem aedificiorum pecuniam nominatim crediderit, d. l. Creditor 25. ff. h. t. l. 1. ff. de cess. bon. l. 1. ff. in quib. caus. pign. tac. Carpz. part. 1. Consl. 28. 28. def. 105. seq. Berlich. p. 1. Concl. 65. n. 132. seq. & 142. Bach. ad Tr. vol. 2. de benef. quib. cred. tb. 7. lit. e. Mutuatarius vero cum generis aut quantitatis sit debitor, & ita rei mutuatae dominus, liberam de illa disponendi facultatem habet l. 21. C. mandar. l. 2. §. appellata ff. R. C. nec casus fortuitus, aut rei interitus debito illum exiit l. incendium 11. C. si cert. per. l. pignus 9. C. de pign. act. nisi Creditoris culpa intercesserit, qui si rem debitam rite sibi oblatam recipere sine justa causa recusaverit, propter Creditoris moram si res interea perierit, exceptionis ope liberatur debitor, l. qui decem 72 ff. de solut. vid. ab. pen.

THESIS XIII.

Singularis dandi modus est, ubi quidem verè proficiscitur pecunia, sed quæ verè non est dantis (a), vel licet verè dantis sit, non tamen dantis nomine datur. (b)

Si mutuans debitorem suum pecuniam mutuataris roganti dare iusserit, pecunia quæ intervenit, non mutuantis sed debitoris propria est, nec à mutuante, sed à debitore ut debiti nexu exoneretur, proficiscitur l. singularia 15. ff. de reb. cred. ideoq; strictè mutuum contractum esse dici haur potest l. 2. §. 3. & 4. ff. de Reb. cred. singulari tamen juris æquitate receptum est, ut pecunia mutua fiat, quasi jus pecuniam primùm à debitore ad mutuantem, tum ab illo ad mutuatarium pervenisse fingat, quod brevi manu fieri dicitur l. licet 43. §. 1. ff. jure dor. l. 3 §. pen de donat. int vir & ux cum celeritate conjungendorum actuum unus actus occultetur, ideoque pecuniæ receptio æquè ac traditio, quæ à mutuante fieri debuit pro facta habetur, nihil enim interest, an fiat de meo tuum vel de mihi debito tuum mediante voluntate domini arg. l. si fundus §. 1. ff. de pign. l. singularia 15. ff. h. t. ita Colonia

ine  
ellata  
aut  
nec  
pria,  
ne 4.  
§. 1.  
necur-  
mmib.  
gitur  
pro-  
ligat,  
is rei  
te ha-  
230 ff.  
Credi-  
de Mi-  
us in-  
edisse  
caus.  
Fafon.  
cogi  
ris in-  
inter-  
dicat,  
nil ju-  
mpis,  
e mu-  
re uti  
or 25.  
las ta-  
eteris  
quod  
qui

Colonia in theſ. noſtris Weſenb. th. 4. diſp. h. Clarifſimus Jctus & Praeceptor meus Johannes Daalen, cuius ſummis in me beneficiis grati animi memoria praestatur ac debetur perpetua. Requiritur autem ut non ſolum mandet Creditor numerare pecuniam ſed inſuper ut debitor ſe numeraturum promittat, quippe ſi nihil promitteretur, ſimplex cenſeretur mandatum quod Creditor revocare poteſt l. hoc 19. §. ſi quis 3. ff. de donat. l. 36. ſi cum 82. ff. de ſolut. ceterum ſi debitor ſoluturam promiſit mutuuario, Creditor ne ſolvat, eo quod res non ſit integra, amplius revocare nequit l. utrum 27. ff. conſt. pecun. l. 3. C. de Novat. aut ſi ipſius debitoris contemplatione mandatum principaliter interpoſitum fuerit l. de pact. Jafon. ad l. 15. n. 30. 33. ff. h. t. Debitor verò pecuniam mutuuario daturum promittens, ſi non ſolverit, mutuarium non ad pecuniam reddendam teneri, ſed cedendo Creditori actionem, liberari opinamur l. quod debetur 51. ff. de pecul. arg. l. Sime & Titium ff. R. C. Facb. 2. Contr. 73. Secus ſi debitorem conſentientem & promittentem l. 1. C. de Novat. Creditori ſuo praesenti & acceptanti l. 26. §. abeſſe 2. ff. mandat. arg. l. 25. C. de pact. l. 15. C. de pign. delegaverit; tunc licet delegatus bonis ſuis decoctis non ſolverit, Creditor contra debitorem veterem experiri non poteſt, cum delegatio ſit ſolutio l. §. inter dum 3. ff. ad Sci. Vellej. & aequè ac realis ſolutio obligationem exſtinguat l. 37. §. ſed ſi 4. ff. de oper. libr. l. delegare 11. ff. de Novat. Facb. d. l. Gail. 2. Obſ. 30. n. 7. Carpz. p. 2. c. 28. def. 23. niſi dolo delegatum, quem ſciebat facilè decocturum & bonis lapſurum ſubſtituerit l. quod ſi 8. l. ſi legatarius 23. ff. de dol. mal. l. 22. §. ſi mulier 2. ff. ſolut. Matr. Jafon. ad d. l. ſingularia. n. 34. ſeqq. & n. 40. Dixi praesenti & acceptanti; Quippe cum non ſolum Creditor ſed delegatus quoq; conſentire, & ſtipulanti verbis promittere debeat l. 1. C. de Novat. & del. quod inter abſentes per epistolam fieri nequit l. 1. ff. de V. O. l. 3. C. de inutil. ſip. ſequitur, etiamſi abſens acceptet literas cambij ſeu tractam factam à debitore alterius pro ſolvenda quantitate Creditori in diem, non propterea liberari primum debitorem, ſi effectus non ſequatur, vel ſi ante diem acceptans fiat non ſolvendo, maxime cum de jure Mercatorum Campſuarius utrumq; tam ſcribentem quam acceptantem literas obligatum habeat, quoad ſolutio expediatur l. ſi literarum C. de ſolut. Undè ſi ſolutis Campſori pecuniis, literas acceperit Campſuarius alibi expediendas, & Campſor interim foro cedit, ob ſolam acceptationem

nem e  
accept  
Scha  
fidis ha  
(  
tis &  
derit,  
ſua vo  
pecun  
Cred.  
ns fact  
acq. vo  
ſtro no  
poſſit  
util. ſi  
ita con  
hant &  
inſepa  
egred  
Donelle  
exicipi  
quivis  
dom.  
nob. a  
numm  
ſeu M  
action  
nem  
dit co  
redat  
vel pr  
& qui  
& A.  
cert. p  
in tra  
C. ſi



nem cambij de debito luendo, si solvere abnuat, compellari potest  
acceptans. arg. l. 16. ff. ad Sc. Maced. l. 9. ff. de neg. gest. vid. Dn. D.  
Schaffhausen disp. inaug. de cambiis sub parrocinio Magnifici Dn. Prae-  
sulis habitam th. 18.

(b) Dominus ubi suos nummos alterius nomine etiam ignoran-  
tis & absentis, ut ipsius mutuo dederit, non sibi, sed cujus nomine de-  
derit, obligationem acquirit, & pecunia quam dominus credidit,  
sua voluntate illius facta censetur, ut accipiens illi soli, quasi ab illo  
pecuniam accepisset mutuam, obligatus sit l. 9. §. si nummos ff. de Reb.  
Cred. cum propter consensum domini tota res ejus fiat, cujus nomi-  
ne facta est l. nisi voluntate 25. ff. de acq. rer. dom. l. quod meo 18. ff. de  
acq. vel amit. poss. Et licet regulariter per liberam personam juri no-  
stro non subjectam vel bona fide servientem, obligatio acquiri non  
possit §. ex his itaq. 5. Inst. per quas. pers. nob. acqu. §. alteri Inst. de in-  
iur. si ip. l. si ita stipulatus 126. §. Chrysofonus ff. V. O. cum obligationes  
ita comparatae sint, ut ex contrahentis tantum persona originem tra-  
hant & in ea radiceantur l. quaecumq. 11. ff. O. & A. actio semel quaesita  
inseparabiliter ipsi, quasi ossibus affixa inhaeret, nec personam ipsius  
egredi ulterius potest Bach. Tr. de Action. disp. 4. th. 2. & 3. Hillig. ad  
Donell. lib. 12. c. 16. Mutuum tamen d. §. Chrysofonus vers. plane ex parte  
excipitur, quod pecuniae numeratio actus naturalis sit, per quem  
quivis volens alteri obligationem quaerit l. ea qua 53. ff. de acq. rer.  
dom. l. si per ignominiam 6. C. de condict. indeb. l. 2. C. per quas pers.  
nob. acq. Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 27. de V. O. th. 2. lit. 2. Jason. ad l. 9. §. si  
nummos n. 2. Quod si tamen de contractu hoc certior factus, nomen  
seu Mutuum reprobaverit, conveniri poterit à pecuniae domino  
actione negotiorum gestorum, ut sibi mandet, aut cedat conditio-  
nem certi, atque ita mandatis actionibus, dominus qui pecuniam de-  
dit contra accipientem ex persona cedentis conditionem certi di-  
rectam instituet Da. in l. stipendia 9. C. de procurat. l. fin. C. quand. fiscus  
vel priv. Cessante vero mandato adversus mutuatarium actione utili  
& quidem suo nomine d. l. fin. C. quand. fiscus vel priv. l. 1. §. 2. C. de O.  
& A. ubi Gryph. n. 20. seq. ex constitutione Divi Pij experietur l. 4. C. si  
cert. per. l. 1. §. etsi forte 13. ff. de Tur. & rat. distr. l. 16. ff. de pact. Bac h.  
in tract. de Action. disp. 4. th. 3. §. ad Wesenb. de procur. n. 3. Perez. in Expo s.  
C. si cert. per. n. 8. Salicet. add. l. 4. C. si cert. per. n. 1.

D

THESIS

## THESIS XIV.

Est & hic dandi modus singularis, cum  
non proficiscitur pecunia sed retinetur, (a)  
item cum res non fungibilis intervenit, (b)

(a) Fictio brevis manus contingit vel in tribus personis, de qua in th. præc. Vel in duabus, cum prior obligatio in Mutui causam transformatur. Si quis itaque pecuniam ex mandati causa debitam crediti nomine retineat *l. singularia 15. ff. de Reb. Cred.* vel commodata aut deposita Domini permittit utatur, *l. certi conditio 9. §. fin. ff. h. r. mutuum nascitur*. Etenim creditor soluta vel restituta pecunia Domino, mox ex mutui causa ipsi reddita. Et quia ex alia causa pecunia apud commodatarium vel depositarium esse incipit, veram nanciscitur possessionem, quam deponens ante vel commodans retinuit *l. rei commodata 8. ff. Commod. l. licet 17. §. 1. ff. de pos. l. 3. §. sed si is 20. ff. de acquir. vel amit. poss.* nec ulterius deponenti, sed sibi possidet nec quasi à deponente sed quasi à mutuantē causam habet; quapropter eo ipso momento, quo rei deposita usum à deponente impetravit, dominium ejus ad depositarium transfertur, priori illa naturali detentione, qua rem ex depositi causa tenere ceperat ad mutui causam accommodata *l. si rem 62. ff. de Eviction. ut animo tantum possidere necesse habeat d. l. certi. §. fin. ff. de Reb. Cred.* nihil enim interest, utrum pecunia de novo cuiquam detur, an quæ apud eum erat pro data habeatur *l. i. §. si iusserim 21. ff. de acq. vel amit. poss.* Et hoc est quod dicitur, nudam domini voluntatem ad transferendum dominium sufficere *l. qua ratione 9. §. interdum 5. ff. de acq. rer. dom. §. interdum 44. ubi Bacb. Inst. de rer. divis. Conn. 7. Comm. i. n. 8.* Quod si vero Deponens mota proprio, uti si volerit, depositario permittat, credita non est pecunia antequam mota fuerit, quoniam debitum iri non est certum, sed conditio hæc *si volerit*, mutui obligationem tamdiu suspendit, donec depositarius pecuniam moverit, atque hoc ipso se pecunia ista uti velle declaraverit *l. quod si ab initio 10. ff. de Reb. Credit.*

(b) Species vel corpus licet mutuo non intersiat, ut th. ii. dictum, volente tamen domino si quis id vendiderit, & precium eo nomine ab

ne ab Emptore acceperit, pecunia mutua facta esse intelligitur, quasi  
 precium ex venditione redactum Domino datum, & ipsi rursus re-  
 stitutum fuerit *l. rogasti 11. ff. de reb. cred. l. si pro mutua 8. C. si cert.*  
*per.* Sin vero species data vendita non fuerit, aut vendita qui-  
 dem, sed pecuniam inde ab Emptore necdum acceperit, pecunia  
 nondum accepta mutui contractum non constituet *l. rogasti 19. ff. de*  
*pres. verb.* Quod si species illa vel corpus casu perierit antequam  
 venderetur, accipientis periculo illud periisse Ulpianus iudicat, cum  
 non simpliciter rem acceperit, ut venderet, sed eo sine ut rei vendi-  
 tae pecuniae ex mutui causa uteretur, ipse impedimentum attulisse  
 videtur, quo minus inchoata mutuatio ipsius tantum causa facta  
 compleretur, nisi ante tradens rem illam venalem quoque habue-  
 rit *d. l. rogasti 11. ff. Reb. Cred. Matth. ad d. l. 11. ff. b. Molin. de Vsur. n. 229.*  
 Unde sequitur, debitorem si vendiderit speciem vel corpus, non pos-  
 se invito Creditori speciem restituere sed praecise ad restitutionem  
 Quantitatis pecuniae teneri, cum enim non liberetur praerempta il-  
 la specie, non speciei debitor esse intelligitur sed quantitatis, quam  
 ex re distracta debitorem Creditori solvisse, qui denuo illam debi-  
 tori renumeraverit, lex fingit *per l. singularia 15. ff. b. r.*

THESIS XV.

Uterq; dandi modus sit vel pure, (a) vel  
 ad certum tempus, (b) vel sub conditio-  
 ne. (c)

(a) Obligacioni cum dies non adjicitur, sed pure contrahitur,  
 & celsit & venit dies *l. cedere diem 213. ff. V. S.* ut ex tali obligacione  
 confestim peti possit, & licet adjecta sit vox *hodie*, tamen eo ipso  
 die protinus agi potest, quod hic dies non differenda actionis cau-  
 sa inferatur, sed quo statim peti posse ostendatur *l. liber homo 118. S. 10*  
*l. cum qui §. 1. ff. V. O. l. 14. ff. de R. I.* Laxamentum tamen & dila-  
 tionem debitori pro expedienda solutione interdum aequitas ipsa  
 Creditorem cum sacco venientem repellens *l. quod dicimus 105. ff. de*  
*solut.* interdum contractus natura, cui tacite dies & tempus inest,  
 indulget; Pecunia enim licet pure credita fuerit, eo tamen animo  
 datur accipiturque, ut aliquandiu re credita frui, & accepto usui ad-  
 dicere

D 2



dicere liceat; adjuvari quippe non decipi beneficio oportet l. 17. §. sicut 3. ff. commod. quod fieret si exemplo debitor Creditori pecuniam restituere cogereetur, & creditum hoc deposito potius simile; notissimos mutui terminos egrederetur. *Wesub. in Par. de reb. cred. n. 13. Molin. 11. d. comm. §. 11. sur. n. 82.* Quia vero ignoratur tempus destinati usus, ut utrique consulatur iudicis arbitrio committendum erit, qui pro modo qualitatis personarum & quantitatis pecuniarum restitutionis tempus determinet *arg. l. in fraudem 45. §. 10. ff. de jur. fil. Jason ad l. si panam 68. ff. V. O. n. 7. Menoch. arb. jud. qu. cas. 22. in fin. §. 27. Cons. 2. Miscell. 6. n. 9.*

(b) ubi Contrahentes ipsi tempus vel diem obligationi adji-  
cunt, quo pecunia mutuo data solvi debet, cessit quidem dies i. e. obligatio statim nata est, sed nondum venit, ut Creditori agenti ante diem obstat exceptio, & sic petitio differatur quoad dies venerit *d. l. cedere diem ff. V. S.* Nam actionem ipsam quoad habitum seu actum primum natam esse, tempus vero adjectum tantum impedire seu suspendere actum secundum i. e. actionis exercitium judicamus; posita enim obligatione tanquam causa habili & proxima, actionem ut effectum poni necesse est. Proinde quod peti posse ante diem negatur §. *omnis 2. Inst. V. O. l. certi conditio 9. in pr. ff. de Reb. Cred. de effectu exactionis & condemnationis accipiendum, quod cum emphasi in l. 44. §. 1. ff. O. §. 2. ante diem exigi non posse dicitur.*

Quod si tamen debitor in diem de profusione bonorum vel fuga post contractum debitum suspectus fiat, etiam ante diem cogi potest ut Creditori vel datis fidejussoribus, aut pignoribus de solvendo caveat *l. questum 14. ff. de pignor. l. in omnibus 41. ff. de judic. l. si Creditores ff. de privil. credit. l. quod si in diem ff. de pet. hered. executione interim suspensa, donec dies venerit l. in lege 40. ff. ad l. Aquil. Jason. ad l. vinum ff. si cert. pet. n. 3. Berlich. p. r. Conc. 74. n. 25. Petrus Peckius de jure sistend. c. 4. n. 7. Dixi post contractum, nam si tempore ipsius contractus suspicionis causa emanaverit, & minus solvendo debitorem cognoverit Creditor, talem cautionem vel satisfactionem exigere nequit, cum videatur personam debitoris sub hac qualitate approbasse, in suspitione qua tunc erat, se fundare nequit, sed potius facilitati suae hoc imputatum ferat *arg. l. si is 3. §. fin. ff. ut in poss.**

legat.



legat. l. qui bona 13. §. 6. de damn. inf. l. mulier 5. §. 1. C. de sponsal. Gomez. 2. Var. resol. 11. n. 57. Job. Bapt. Caccialup. de debit. suspect. & fugit. qu. 6. n. 2. & 3. Gal. 2. obs. 43. n. 5. Licet vero quod in diem debetur, ante diem exigi non possit, solvi tamen ante diem etiam invito creditori posse, Venulejus Jctus judicat in l. continuus 137. §. 2. l. 38. §. inter 16. ff. V. O. l. quod certa 70. ff. de solut. l. intra. 7. ff. de re jud. cum totus hic contractus, ut & diei adjectio Mutuatarii causa introducta sit l. 41. §. 1. ff. V. O. l. 17. ff. R. J. renunciare ei poterit praverendo diem solutione l. quod quis 50. ff. O. & A. l. pen. C. de pact. nisi Creditoris gratia praeestationi facienda dies dictus sit l. cum qui 15. ff. de ann. legat. l. si ira 43. §. 2. ff. de leg. 2. Bach. ad Tr. de mod. toll. obl. 1b. 2. lit. i. Zanger. de Except. p. 3. c. 1. n. 218. Arum. de mora c. 7. n. 9.

(c) Pecunia sub conditione utiliter quidem datur, sed conditio mutuo adjecta pendente facit obligationem, & dominii translationem tam diu suspendit dum exstiterit, cum dominium, sine cuius translatione mutuum non contrahitur l. 2. §. appellata ff. b. r. in accipientem ante transferri non possit, quam uterque & dans & accipiens in translationem istam consenserit l. in omnib. 55. ff. O. & A. nec sola numeratio enim qui accepit obligat, sed quoties id ipsum agitur ut obligetur l. 19. ff. b. r. Quocirca ex huiusmodi mutuo certi conditione experiri quis ante non potest, quam conditio annexa eventum suum sortita sit d. l. cedere diem 217. ff. V. S. l. 8. & 9. ff. de Reb. Credit. Idem fere juris si pecunia pure alicui debita, jussu ipsius tertio postmodum sub conditione promissa fuerit, pendente conditionis causa pecunia peti non potest: quippe cum incertum sit, an ex ea obligatione, in qua sub contraria conditione creditori puro pecunia tum videretur promissa, deberi possit, ante tempus peteretur l. pecuniam 36. ff. de Reb. Cred. nisi creditor conditionalis, ut agenti solvatur consenserit, quo casu cum contingere non possit, ut tertio ulterius debeat, etiam invitus debitor dilationem quaesitam expendente conditione forsitan pratexens, propter obligationem purificatam conveniri potest argum. l. 41. ff. de Minor. l. cum qui ff. de ann. legat. Jason. ad d. l. 36. ff. b. r. n. 5. Quod si vero in totum conditio defecerit, posterior stipulatio perinde habetur ac si non intervenisset, priori obligatione, ex qua creditor agere potest, salva manente d. l. pecuniam ff. b. r.

17. §.  
pecu-  
eino-  
d. n. 13.  
desti-  
ndum  
unia-  
f. de  
af. 22.  
adici-  
s. i. e.  
agenti  
es ve-  
bitum  
impe-  
judi-  
xima,  
e ante  
Reb.  
quod  
icitur  
mi vel  
n cogi  
solven-  
tic. l. si  
atione  
il. Ja-  
s Pec-  
mpore  
vendo  
onem  
alitate  
ed po-  
in poss.  
legat.

THESIS XVI.

Obligatio ex mutui datione nata tum debitum, cui solvendo mutuatarius obligatus est, tum actionem ipsam, qua ejusmodi debitum persequimur, respicit.

THESIS XVII.

Debitum illud est rei creditæ ejusdem quantitatis (a) & qualitatis (b) non quidem in specie (c) sed in genere (d) restitutio.

(a) Omnium contractuum qui te ineuntur hæc natura est, ut ultra datæ rei interventum vires suas non exerant, quod re contrahi obligatio non possit, nisi quatenus res data *l. si tibi 17. ff. de pactis, l. cum ultra 9. C. de non numer. pecun.* cum enim interventus rei sit causa orta obligationis, effectus seu causatum non majus vel potentius erit sua causa. Quare si quis decem mutuo dederit, hac lege, ut undecim reddantur, ultra decem tamen non nascitur obligatio, nec amplius quam decem condici possunt *l. rogasti 11. §. 1. ff. R. C.* neque nummus ille sortem excedens ut Usura peti potest, quod hæc in contractibus stricti juris ex pacto absque stipulationis vinculo non debeatur *l. quamvis 3. C. de Usur.* Sed an saltem titulo donationis, quæ hodie nudo consensu perfici potest *l. si quis 35. §. pen. C. de donat.* nummus qui superest peti possit? Resp. cum partes de donando non egerint, contractus ille de quo tantum actum propter individuitatem suam non potest quasi discerpi in duos, ut pars ex mutuo pars ex donatione peti aut præstari debeat *l. si ego 18. ff. h. r. l. 25. ff. de donat. Bach. ad Tr. disp. h. th. 2. lit. a. Perez. in Expos. C. si cert. pet. n. 18.* Contra si infra sortem, & per partes Creditori solvere annuitur debito se non exsolvit Mutuatarius, nec eandem quantitatem quæ ab extremo numero speciem recipit *c. cui. de non sacerdotali de præbend. in 6. Ant. Fab. de var. deb. sol. c. 7. n. 29.* restituit, nam licet natura & re ipsa quantitas dividua sit, & partium præstationem recipiat, Intellectu tamen seu jure indivuis assimilatur, ut particularis solutio, quæ non mi-

nima

nima habere solet incommoda l. plane 3. ff. famil. ercif. invito credito-  
ri obrudi non possit l. obfignatione 9. C. de solut. l. tutor. 41. §. Lucius  
ff. de Vfur. Bach. ad Tr. vol. 2. diff. 29. ib. 3. lit. b. Arum. de moni c. 7. n. 8.  
Zanger de Except. part. 3. c. 2. nisi convenerint, ut per partes solutio fieri  
possit d. tutor. §. Lucius ff. de Vfur. aut Creditor volens partem obla-  
tam acceptaverit l. 9. §. qui decem ff. de solut. vel hæredes solvant, qui  
pro sua parte liberati remanent l. i. C. b. s. si cert. per. l. pro hæreditariis 2.  
C. de hered. act. on. l. 85. §. 1. ff. V. O. Gomez. 2. var. ref. io. n. 3.

(b) Non sufficit reddi eandem quantitatem, sed reddenda  
quoque res ejusdem qualitatis & bonitatis licet non eaverimus ut æq;  
bonum nobis reddatur. Cum Qualitas hæc ipsi naturæ contractus  
ex definitione juris inhæreat, & id quod agitur pro cauto habeatur  
l. 3. ff. de Reb. Cred. Unde pro vino veteri novum, quod omnium cal-  
culo ejusdem bonitatis non est, reddi non potest, proprie enim res  
dicitur non reddi, quæ deterior redditur l. 3. §. si reddita. ff. commod.  
Vinum autem vetris pro novo restitui posse dubio caret, quod enim  
bono melius est ipsum quoque bonum est l. 75. §. 2. ff. V. O. & quod plu-  
tis est tanti quoque est l. 9. ff. de in liem jur. nisi Creditori exinde fu-  
turi temporis periculum immineat, utpote si ætatem ulterius non  
ferret, ipsius autem interesset habere vinum diu duraturum Treul.  
disp. b. 11. lit. b. Dixi, vinum novum pro veteri solvi non posse, intel-  
lige, nisi pactione convenerint, ut debitor mutuum pro veteri sol-  
vens liberetur: nam cum bonitas illa non ad substantiam sed ad na-  
turam mutui pertineat, salvo manente mutuo, pacto id effici potest,  
argumento Evictionis, quæ similiter Emptionis & Venditionis natu-  
rale est, & ex natura contractus venit licet de ea nihil cautum l. quod si  
nolis 31. §. 20. ff. de adil. edict. ne à Venditore tamen præstetur, con-  
veneri potest l. pacta 72. ff. cont. empr. l. cum ea 68. de Evict. Quæ vero sub-  
stantiam concernunt pacto mutari non possunt, v. c. ne res ejusdem  
generis reddatur, quia ipsa Essentia & forma, quæ dat esse contractui,  
destrueretur, qua destructa contractum quoque exlingui necesse est.  
Subolt. dissert. 13. aph. 20. Mozz. tit. de accident. mutui col. 5. Coraf. 3.  
Miscell. c. 10.

(c) Res eadem numero quæ mutuo data quoad contractus  
constitutionem & contrahentium intentionem restitui non potest,  
quia conventio hæc faceret, ut Mutuum vel in commodatum vel depo-



depositum, vel aliam contractus speciem transiret *l. 2. in pr. ff. R.C.*  
Ceterum ex postfacto & ex accidenti, si Mutuatarius rem quam in  
usum suum mutuatarius fuerat, mutato deinde consilio, vel cum ea non  
indigeret eandem numero restituat, mutuum nihilominus erit con-  
tractum, cum accidentia substantiam contractus, in quo initium  
non eventus spectatur *l. 12. ff. ad S.C.T. Maced. l. 1. §. 30. ff. deposit. in*  
*vertere nequeant: Et cum idem genus sit in obligatione mutui, ex*  
*quo mutuum datum est, in potestate debitoris erit quam speciem ex*  
*eodem genere velit solvere, si itaque acceptam restituit vel maxime*  
*rean in eodem genere, eademque bonitate solvit, modo id fiat re in-*  
*tegra & sine Creditoris injuria. Si enim species deterior facta sit,*  
*ut quia moneta illa edicto Principis imminuta vel abolita, non libe-*  
*ratur solvens, de qua in th. 19. seqq.*

(d) In genere res restitui debet propter identicam Qualita-  
tem & functionem, quam cum re mutuata inire debet, nam si alterius  
generis solvatur, ejusmodi solutio hanc subsistit, utpote contraria  
substantiæ mutui, quod aliud pro alio invito Creditori solvi respuit;  
*l. 2. §. 1. ff. Reb. Cred. l. cum 16. C. de solut. unde oleum pro vino, vel pro*  
*his pecunia seu æstimatio non cogitur recipere Creditor l. 75. §. fin.*  
*ff. V. O. Quia hæc res functionem tantum recipiunt in suo genere non*  
*in diverso, & aliud est res ipsa, aliud æstimatio illius l. si alii 42. §. 1.*  
*ff. de Vusufr. l. plane 34. §. 1. de leg. 1. Dixi invito: nam volenti & con-*  
*sentienti quæcunque res in solutum dari potest. l. 17. §. l. pen. C. de so-*  
*lut. l. 9. C. de rescind. vend. Interdum necessitas nolentem Credito-*  
*rem, si sibi satisfieri velit ad recipiendum aliud pro alio invitat: velu-*  
*ti si res debita non exstet, aut præstari à debitore nequeat, hujus ge-*  
*neris defectum vel ipsius æstimatio vel res alia diversi generis facile*  
*supplebit l. 71. §. 3. ff. de leg. 1. l. 14. §. fin. de legat. 3. l. vinum 22. ff. Reb.*  
*Cred. Nov. 4. c. 3.*

### THESIS XVIII,

Nummus quoq; v. c. aureus simpliciter  
mutuo datus, in eodem genere, quantitate  
& qualitate restituendus venit.

Ad perficiendam nummorum substantiam, ( ut res ab ovo ~~in-~~  
 petatur ) non solum formae extrinsecae & valoris imposititij, sed in-  
 trinsecae & naturalis quoque bonitatis, publico omnium gentium con-  
 sensu impositae, rationem habendam esse opinamur, quae extrinsecam  
 vel invitam intra fines suos coercet, ut pro qualitate illius haec vel  
 crescat vel decreseat, & rerum pretia commensurentur *l. i. ff. de contr.  
 Empt. l. 1. §. 2. C. de veter. numm. porest. lib. 11. c. quanto X. de iurejur.  
 Reichs Absch. de Anno 1551. §. Erstlich alle Gulden s. so haben wir uns/  
 vers. also daß in solcher Summa Gulden vnd Kreuzern ein Marck Sil-  
 bers jetzt gemeltes Gewichtes gefunden werde. N. N. de Anno 1559. &  
 1566, ubi Imperatorum Edicta Monetalia non certam tantum for-  
 nam, sed materiam quoque & pondus iustum constituunt. Cum  
 enim numisma inventum sit, ut conveniens haberetur medium ju-  
 stitiae commutativae, & rerum venalium non modo apud patriam in-  
 digenas, sed & alienigenas aequivalens esset precium *d. l. i. ff. de cont.  
 Empt. Arist. 5. Ethic. c. 5. §. 1. pol. c. 6. aliasque res omnes aestimaret l. si ita 42.  
 ff. de fideiuss. ex precioso ut conficiatur metallo & iusto pondere con-  
 stet, accedente insuper publica forma, necesse est; ita ut in bene con-  
 stituta Republ. inter valorem & materiam iusta debeat esse propor-  
 tio, & materia tanti aestimetur, quantum alias valeret publico cha-  
 ractere non percussa, ut loquitur *Covar. de vet. num. collat. c. 7. n. 5.*  
 Unde appositè *Thom. de Aquin. lib. 2. de Regim. Princip. c. 13. seq.* cum  
 quavis alia mensura nummum comparat, quem falsificare non mi-  
 noris censet esse perfidiae, quam sigillo vel ponderi quid detrahere.  
 Iraque pecunia qua talis, cum non nisi mutuo materiae valorisque con-  
 cursu constet, non minus sub ratione materiae & bonitatis intrinsecae,  
 quam ratione valoris imposititij in obligationem deducta continebitur  
*Andr. Kobl Exerc. 18. n. 6.* ut proinde stricto jure eam quantita-  
 tem nummiq; speciem, quae in obligatione est, non aliam ejusq; aesti-  
 mationem debitor praestare teneatur. cum in contractu mutui quod  
 rei certae datione perficitur *l. 1. §. 2. ff. de O. & A. l. 2. §. 1. ff. de Reb. cred.*  
 id imprimis quod in obligatione deductum sit, non quod ab extra  
 venit, ut est aestimatio restituendum sit; cujus restitutionis legem  
 praescribit *l. 2. ff. de Reb. Cred. l. 16. C. de solut.* ne scilicet aliud pro alio in-  
 merito Creditori obtrudatur, quod fieret si aureis creditis aestimatio eo-**

E rum

R.C.  
 am in  
 a non  
 con-  
 tium  
 sit. in  
 ut, ex  
 em ex  
 xime  
 e in-  
 ta sit,  
 libe-  
 alita-  
 terius  
 raria  
 spuit;  
 el pro  
 §. fin.  
 e non  
 z. §. 1.  
 con-  
 de so-  
 edito-  
 elu-  
 us ge-  
 facile  
 f. Reb.  
 iter  
 tate  
 no  
 A8



rum substitueretur, aliud enim est res ipsa, aliud rei aestimatio. *l. si alij*  
*42. §. 1. ff. de usufr. l. plane 34. §. 1. de leg. 1. Emil. Ferrer. in tit. C. de sen-*  
*tent. qua pro eo quod inter. n. 17.* Nec imputari quicquam potest Cre-  
ditori, quod id ipsum in stipulationem specialiter non deduxerit, cum  
ex ipsius contractus natura appareat id actum, ut ejusdem generis  
nummus in eadem bonitate reddatur, qua datum; quod autem tacite  
actum intelligitur, id pro cauto habendum. *l. cum quid 3. ff. de Reb.*  
*Cred. Anton. Fab. de variis deb. sol. c. 1. Coler. de process. Excl. p. 1. c. 10. n. 7.*

Caterum ne Creditor in eadem specie praeractè exigens acer-  
bus & onerosus audiat tanquam summo jure utens *contr. l. 25. ff. de pign.*  
*act. l. si bene 33. ff. de usur.* ex mera civilitate illius, vel compendio praer-  
sentis quantiscunq; solutionis, metuq; ne debitor postea frustretur,  
*futurè ipsò Molinco contrariae sententiae facile antesignano quasi. 92.*  
*n. 708.* consuetudine receptum videmus, ut quod in aureis debetur,  
si aliud nihil dictum sit, in alia solvi possit materia. Quae tamen civi-  
litas & benignitas, si damnum Creditori importet, in ejusdem vel al-  
terius praerudicium converti reutiquam convenit. *l. Creditorem 99. ff.*  
*de solut. ubi Dd. Coler. d. l. n. 8. Zang. de Except. p. 3. c. 1. n. 166.* Unde in  
Recess. Imper. de Anno 1559. §. die jetztgemelten vers. doch was ynter  
cautum est, quod ultra 25. florenos Creditores si interesse vel damni  
probationem declinent, in solutionem summæ alicujus nobilis de-  
minuta pecunia accipere non cogantur, reliqua verò omnia etiam  
si specialiter ea de re conventum nihil sit, in grossiore & accepta solvi  
debeant, ne pro beneficio maleficium, & pro interesse damnum re-  
pendatur, quod per se impium & iniquum esset *arg. l. 25. §. consultis ff.*  
*de pet. bar.* Et hujus damni vel potius ejusdem probationis evitanda  
causa, Creditores cauponationem monetariam & inde enascentia-  
pericula sæpius edocti, cautius mercari, & pactionibus de certa num-  
morum specie solvenda in quosvis eventus sibi prospicere probè didi-  
cerunt, quae cavendi ratio cum naturæ mutui congrua subsistit facile,  
Constitutione Imperatoris Ferdinandi I. de Anno 1559. §. die jetztge-  
melten/ in super confirmata, ubi dicitur. Was auff Gold verschrieben  
ist/ bezgleichen was hinfort pacificirt oder angedinget wird/ das soll mit  
Gold vnd nicht mit ander Münze getahlet werden.

THESIS



Aureorum debitorum bonitas intrinseca (a) si mutata fuerit tempus contractus, (b) si extrinseca tempus solutionis (c) spectandum est.

(a) Ad hujus perplexæ questionis enodationem Dd. communiter inter mutationem bonitatis intrinseca & extrinseca distinguunt; Intrinsecam nummorum bonitatem vocant, quæ in ipsa monetæ materia, i. e. metalli ut auri & argenti puritate & justo pondere versatur in *Gehalt und Gewicht/Schrot und Korn* / ita dicta, quia intra rem, ac in ipsa rei substantia consistit, ex qua monetæ pretium atq; æstimationem sibi sumit, & dicitur qualitas l. 2. *C. de ponderat. lib. 10. l. si vim 7. ff. de usifr. ear. rer.* Cujus mutatio fit, quando materia ejus vel preciosior vel vilior facta est, wann die Münz in dem Schrot und Korn/wie sie geliefert/nicht gelassen ist. Extrinsecam appellant quæ in valore & cursu monetæ in gang und gebe consistit, ita dicta, quod extrarem, puta in sola pecuniæ æstimatione contineatur, & dicitur quantitas l. 1. *ff. de Cont. Empt.* & mutatur, quando æstimatio crescit vel decrescit, non mutata nummorum materia, wann die Münz in dem Schrot und Korn wie sie geliefert noch vorhanden/immitels aber gültiger oder geringerschätziger worden ist.

(b) Nummi cujusq; generis substantia cum non in sola incerta & subinde variante æstimatione, sed in justa symmetria bonitatis intrinseca cum extrinseca consistat, ut thes. prædictum; Sequitur, quæ bonitate & pondere aurei tempore contractus fuerint dati, ut eadem restituantur, cum ad hanc contrahentes respicere soleant, non ad illam quæ sit cum solvitur l. *Rutilia polla 69. ff. de contr. Empt. l. 2. §. 1. ff. de hered. vel act. vend. l. si filius. 78. ff. de V. O.* itaq; si aureis quoad intrinsecam bonitatem sive materiam progressu temporis quidpiam decesserit, vel accesserit, non tamen id obesse vel prodesse poterit. Creditori, quo minus ipsi aurei priores vel eorum æstimatio secundum bonitatem intrinsecam inita sit exsolvenda, ne si deteriores intrinsecæ solvantur, minus accipiat Creditor, aut si meliores plus, quod

quod sicut hoc facere non cogitur, ita illud facere non potest debitor  
*l. cum quid 3. l. certum est 6. ff. Reb. cred. c. cum Canonicis, c. cum olim  
X. de Censib.* Et hæc sententia communiter recepta est, ut videre  
licet apud *Molin. tr. de usur. q. 100. n. 749. & 751. Covar. de collat. ver.  
num. c. 7. §. un. n. 2. Gail. 2. Obs. 73. n. 7. Carpz. p. 2. const. 28. def. 4.* qua  
etiam obrinet licet novi aurei iusto pondere destituti, quibusdam in  
locis veterem obtineant æstimationem, tamen cum publica hæc non  
sit, perpetua non erit *argum. l. 1. ff. de cont. empt.* & ob notabilem bo-  
nitatis intrinsecæ defectum tantundem aliis hauri valebit, sed pro  
qualitatis & ponderis modo, facta sc. æstimatione, non quanti sit  
aureus v. c. ungaricus, sed quanti sit aurum ungaricum; ideoque ob  
commerciorum incommoda iuste metuendum, ne vel tacito populi  
consensu diminuatur vel Edicto publico restringatur, quod fieret  
cum maximo Creditoris damno, cuius patrimonium non leviter di-  
minutum iret *per l. 3. ff. de damn. inf. dum parte aliqua auri vel argenti  
inciperet, quam antea habuit. Bedencken der Jurist. Facult. zu Witten-  
berg über ehliche Münzfragen n. 46. Coibman. vol. 1. resp. jur. 36. n. 60. seq.  
Berlich p. 2. concl. 35. n. 37.* ubi longo agmine plures allegat.

Quod si aurei vel thaleri sub certa æstimatione vel taxatione,  
den Thaler zu 24 Groschen gerechnet mutuo dati fuerint, certum est,  
debitorem liberari præstando valorem adjectum ad bonitatem in-  
trinsecam, quæ tempore contractus fuit: Hæc senim æstimatio con-  
venta, quæ rem ipsam qualificat *Lult. C. de dot. promiss. regulariter  
emptionem & venditionem inducit l. quotiens 16. ff. de jar. dot. l. 10. l. 21.  
C. eod. l. per. §. mancipia ff. sol. matr.* quæ facit ut ipse aureus vel jo-  
achimicus obligationi non in sit, sed tantum 24. grossi, ultra quos  
Creditor non dedisse, nec debitor accepisse, in ve rem suam expen-  
disse intelligitur; consummata enim semel venditione non am-  
plius quærendum est, quid venditum sit, sed quantum pretij nomine  
debeatur *Coibman. d. resp. 36. n. 142 seqq. & n. 160. Carpz. part. 2. const.  
29. def. 6.* ideoq; licet solutionis tempore aureorum vel thalerorum  
valor extrinsecus auctus fuerit, augmentum tamen eorum petere  
Creditor nequit, sicut nec decrescentes offerre debitor potest; non  
enim aliam ob causam æstimatio certa aureis adicitur, quam ut sive  
præsentis sive futura æstimationis extrinsecæ incertitudini reme-  
diatur



ditum hoc adferatur, ut nec augmenti, nec diminutionis anceps periculum alteruter subeat contrahentium *Zang. de Except. p. 3, c. 1. n. 182. seqq. ubi responso Amplif. facultatis Witeb.* hoc confirmat *Faber de variis num. solut. c. 2. § 8. Kobl. Exerc. 19. n. 7. § 27. Gail. 2. Obs. 73. n. 9. vers. vel nisi.* Hoc tamen restringitur, si aestimatio non taxationis sed demonstrationis causa adjecta sit, veluti solvi debere aureos vel thaleros valentes & facientes 24. grosfos *deren ein jeder 24. Groschen wohl werth und gültig* quo casu grosforum nominatio ad fecernendas alias monetas ejusdem forte nominis sed diversi valoris exprimitur; in solutione verò pro non adjecta habetur, sed aurei vel thaleri reddendi sunt five creverint five decreverint *Cothm. d. resp. 36. n. 330. seq. § 333. Berlich. p. 2. concl. 36. n. 58 seqq.* Ut autem intelligatur, num demonstrationis vel taxationis causa aestimatio adjecta sit, distinguit *Faber d. tr. c. 2. n. 14.* quem sequitur *Franzkius Ex 9. 93.* an thalerorum aestimatio in ipsa obligatione & solutione posita sit, v. c. do tibi mutuo 100. thaleros solvendo in trecentis florenis & tunc taxationis causa adjecta censetur; an vero tantum in causa obligationis, i. e. cum nulla facta solutionis mentione, ad creditum ipsum seu creditoris factum potius quam debitoris respicitur, ut, mutuo 100 thaleros ad rationem 300 florenorum, & tum demonstrationis causa apposita censetur.

(c) Quando aurei inæstimati, qui simpliciter obligationi insunt non restituuntur, sed eorum valor & aestimatio, solutionis tempus inveni decet, ut TANTUNDEM, quod tanquam Lesbiam Regulam *JCrus in l. 3. § 6. ff. de rob. cred.* præscribit, Creditor consequatur. cum enim aestimatio non sit in obligatione ne quidem alternativè, sed tantum in facultate solvendi, quæ aureorum debitum, quamdiu expeditum non fuerit, perpetuo comitatur, alia non erit aestimatio quam quæ tempore solutionis est, quippe tum aureis æquipollet, cum ante tam diu crescere aut decrescere potuerit, quamdiu aurei debeantur *l. fundum 28. ff. de Novat. l. in lege 62. 62. §. fin. ff. ad l. falcid. l. vinum 22. ff. de reb. cred.* plus ergo si veterem aestimationem quæ major fuit, minus verò si veterem quæ minor, solveret, veluti in reddendo mutuo aureorum, quorum quilibet solutionis tempore 48. v. c. grosfis, obligationis verò 30. aestimabitur, si aestimatio tempore obligationis quisitata attenderetur, 30. grosfi pro quolibet aureo sufficerent, vel

unus



unus aureus cum 12. grossis duorum aureorum vicem non sine levi  
Creditoris injuria suppleret *Bach. ad Treutl. disp. b. th. 12. lit. c. Faber de  
varis num. sol. c. 5. per tot. Sutholt. dissert. 13. aph. 22. 23.* Quocirca licet  
tempore solutionis quoad numerum plus vel minus, quam erat tem-  
pore contractus propter auctam vel diminutam bonitatem extrinse-  
cam solvere videatur debitor, in effectu tamen, cum valor extrinsecus  
verè auctus non sit, plus non reddit, quia quanto fuerunt aucti aurei  
in valore seu numero grossorum, tanto hi in materia & pondere de-  
preciati sunt, ut valoris ille excessus in aureis propriè excessus non  
sit, sed tantum deteriorata bonitatis intrinseca grossorum, cum au-  
reis commensuratio *And. Rohl. Exerc. 19. n. 10. & 12. Ant. Faber de va-  
riis num. sol. c. 6. in pr. & c. 1. in fin.* Et hinc vi consequentia, quæ nul-  
la legis provisione coerceri potest, sequitur, cum mercium omnium  
æstimatio à nummi valore tanquam à regula legem accipiat *l. 1. ff. de  
com. empr. l. si ita 42. ff. de fidejuss. aucto vel diminuto valore rerum,*  
quoque precia augeri & diminui *l. 2. C. de vet. num. potest.* ut proinde  
debitor, qui nummos secundum valorem tempore mutui usibus suis  
exposuit, tempore solutionis plus non reddat; Creditor verò si spe-  
daretur tempus Contractus ob consequutum rerum omnium incre-  
mentum, revera minus acciperet quam dedit, licet idem esset nume-  
rus, cum æqualitas numeri quantitatis æqualitatem non inducat,  
*Wesemb. in par. ff. h. c. n. 12. in fin. Bedenck. der Jurist. Facultet zu Wirt-  
genb. über ehl. Münzfr. n. 32. seqq. Gail. 2. Obs. 73. n. 9. Covar. de collat. vet.  
num. c. 7. §. un. n. 3. in pr. Zanger. de Except. p. 3. c. 1. n. 173.* Et hanc senten-  
tiam juri & æquitati magis consentaneam esse testatur *Cothm. d. resps.  
36. n. 10. seqq.* & præjudiciis in Camera firmatam *Rohl. Exerc. 19. n. 2.*

Quæ insuper obtinet, licet debitum non sit gratuitum, sed usura-  
re pro eo solvantur; siquidem aucta æstimatione aureorum extrinse-  
ca, lucrum quod sentire videtur Creditor, nullo modo ex sorte est,  
sed ipsa fors est, ut inconveniens sit, propter usuras sorti non imputa-  
tas obligationi non satisfacere, nec integram solvere sortem, præfer-  
tim cum certi juris, usuras ne quidem illicitas & sorti mixtas vitare  
sortem *l. usuras 20. ff. de usur.* ideoq; duplex illud onus quo Debitorem  
gravari autumat *Treutlerus disp. b. th. 12. lit. c. vers. nota tamen,* vela-  
menti loco merito habetur *vid. Bach. ad Tr. d. l. Fab. d. tr. c. 11. n. 18.*

THESIS

Superveniens nummorum reprobatio  
debitorem ab obligationis nexu non liberat.

Cum solutio fieri debeat, ut creditori nihil quicquam absit, nec plus ac ei abest consequatur *l. in perpetuum 61. ff. de solut.* requiritur quoque, si antiqua moneta, quæ fuit tempore contractus non reperiatur amplius tempore solutionis, vel in totum reprobata fuerit, quod solutio in alia usuali & expendibili moneta, secundum antiquæ monetæ rationem & bonitatem intrinsecam, quæ fuit tempore contractus fieri debeat *c. cum canonicis X. de censib. c. quanto X. de iurejur.* ne debitor qui probam moneta accepit, & obstrictus Creditori reddere pecuniam, quæ eandem obtineat functionem in genere per solutionem *l. 2. §. 1. ff. R. C. & tantundem præstet l. 6. ff. d. 2.* reprobam solvendo minus reddat, & cum alterius injuria loquatur *contr. l. si me & Titium ff. Reb. Cred. Gail. 2. Observ. 73. n. 6. Corb. de resp. n. 3 2. 33. Myns. Cent. 4. obs. 1. n. 6. Berlich. part. 2. concl. 35. n. 8.* Et licet materia manserit illibata, nihilominus quatenus est moneta per reprobationem perempta est, & obligationi non satisfacit *d. c. cum canonicis X. de censib. l. Creditor 102. ff. de solut. l. eleganter 24. §. qui reprobos ff. de pign. act.* Valore enim in totum exinanito, non amplius est ea materia, cujus publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æ qualitate quantitatis subvenit *l. 1. ff. contr. Empt.* quapropter nova pecunia, quæ veteri surrogari & in locum ejus succedere dignoscitur, restitui debet *l. 71. §. 3. de leg. 1. cum surrogatum fictione juris surrogati naturam sapiat, & idem cum eo esse censetur argum. l. si donata 36. ff. de don. int. vir. & un. adeoq; debitum non tam extinctum, quam vigore surrogationis conservatum & restauratum intelligitur l. proponebatur 76. ff. de judic. Faber d. tr. c. 5. n. 36. Röhl Exer. 18. n. 31. Sabuet. ad l. incendium 11. C. si cort. per. n. 5. Carpz. p. 2. def. 28. def. 3.* Idem juris obtinere vulgo existimant, si nummi crediti è commercio quidem non plane exierint, sed rarissimus eorum usus, ac non nisi magno & immenso sumptu comparari debeant *Carpz. d. l. def. 3. in fin. Cothm. d. vol. 1. conf. 36. n. 44. Molin. matr. de coram. & usur. qu. 92. n. 691.*

Ceterum

Ceterum si Debitor vel Creditor in mora fuerit, & mutatio contingit, quid juris? Resp. Si bonitas intrinseca aucta vel diminuta fuerit, in qualitate sc: materia vel in pondere, id Moratori non obesse, quo minus ea bonitas prestanda, quæ fuit tempore conventionis *l. Creditor 102. ff. de solut. Molin. tr. de Comm. & usur. n. 750.* Obligationem quippe si intueamur, ejusdem non majoris aut minoris bonitatis nummi in eadem deducti sunt, & ex ea debentur *l. cum quid 3. ff. de Reb. Cred. l. res in dotem 42. ff. de jur. dot.* ut proinde moræ vis tanta non sit, ut obligationis statum immutet, eam vel augendo vel minuendo, sed moratoris conditionem circa accessiones & æstimationem ejus quod debetur, deteriore tantum reddit *l. 3. §. fin. l. si sterilis § 3. ff. de Act. Empt.* & obligationem principalem, quæ exstingueretur, perpetuat. *l. si servum 91 §. sequitur ff. V. O. l. si quis 24. in fin. ff. Usur. Andr. Rohl Exerc. 18 n. 17.* Hactenus tamen moratori mora sua nocebit, ut si quod ex ea damnum passus sit alter, id ille reponat. *l. si heres 8. ff. de rit. vin. & ol. leg. l. 3. ff. de in lit. jur.* aut si quid mutationis extrinseco valori supervenit, id ei damno sit; veluti si ve pluris nummi valere caperint, præter præstationem eorum, ad quos etsi mora commissa non sit obligatus est, si aliunde intersit ejus qui moram passus est, tenetur debitor *Ant. Fab. de var. deb. sol. c. 10. n. 16.* sive minoris, tunc non nisi moratoris periculo decrescunt, ut liberari nequeat, nisi quod valori pristino deesse cognoscitur, suppleat: pristinus enim valor æstimationem præsentem superans, cum sit utilitas circa rem, quæ in æstimationem venit *d. l. si sterilis §. 2. ff. de act. Empt.* à moratore præstandus est, & standum est hodiè quod jam olim dari oportuit, ut loquitur *Jctus d. l. ne frustratio ipsi profit l. hominem 37. ff. mand.* Non tamen obligationem principalem exinde auget mora, sed quod semel tempore moræ deberi capit, perpetuo ut debeatur effecit, non quidem vi obligationis, sed judicis dum taxat officio, qui illius, quod pristino valori tempore moræ existenti hodiè deesse cognoverit, rationem habebit *arg. l. centum capua 8. ff. de eo quod cert. loc. l. quod ex Pamphila 73. ff. de leg. 2. Rohl. Exerc. 19. n. 33 Fab. d. c. 10. per tot.*

De Creditore in mora constituto non ab simile judicium ferendum, qui si nummos ritè oblatos accipere recusaverit, post moram vero valor eorum extrinsecus creverit, cogendus non

non erit debitor, ut totidem, aut presentem eorundem estimationem absque deductione solvat, sed officio iudicis ratio habenda augmenti ob Creditoris moram deducendi *argum. l. semel mora 26. ff. sol. mar. l. 72. de solut. l. debitor 7. ff. de usur. l. si perie 9. C. cod. vid. Kohl Exerc. 12. n. 2.* Sin decreverit, nummos creditos, aut eorum presentem estimationem praestando debitorem liberari dubio caret, cum etiam totidem nummos extrinseco valore diminutos citra moram hodie solvi necesse foret, qua efficere nequit, ut aliquid ultra nummos obligatione contentos frustratori debeat.

THESIS XXI.

Mutuum licet natura sua gratuitum sit, nonnunquam tamen Usurae ipsi debentur.

Usuras, quae mutuo accedunt, nec simpliciter bonas, nec simpliciter & moraliter malas iudicamus, sed illas ex harum rerum genere, quas *usura* Aristoteles seu media natura vocat, quae per se neque bona neque mala sunt, sed ex accidenti pro conditione & qualitate utentium proximorumve opem nostram implorantium, censemus. *vid. Treul. disp. 3. vol. 2. tit. 1. Erantzkium Ex 9. q. 4.* Qui cum diversimode se habeant mutuum quoque diversimode considerari oportet. Vel enim sunt profus pauperes, ut ostiatim pabula sua quaerere aut domi elemosynis vivere cogantur, quorum inopia non venditione, locatione aut contractu innominato, si dederis aut feceris dabo, sed simplici mutuo per modum elemosynae etiam sine spe recuperandae fortis, nisi quatenus pinguiorem fortunam adepti commode eam reddere poterint, succurri convenit *Luc 6. vers. 34. seq.* Aut sunt indigentes, & domesticis difficultatibus ita pressi, ut pro tempore bonis suis frui non possint, restituendae tamen forti pares sunt, hos gratuita mutuatione ad necessariam vitam sustentationem, si vocatio illorum elocationem operarum commode non patitur, sublevari S. Scriptura praecipit *Levit. 25. vers. si attenuatus 35. Exod. 22. vers. 25.* ita tamen ut sortem ipsam, ad quam obligati sunt rursus exsolvant. Ab his ergo si quis ob solum hoc mutuationis officium supra fortem quid exigit, non verum officium, nec veram mutuum dandi

F

dandi

dandi rationem, sed lucrum & fœnus illicitum exercet, quod omnes  
leges omniaque jura damnant & prohibent, dum sc. proximo fraudi  
est ipsumque pragravat c. quia 3. cum seq. c. consuluit 10. & 101. ut X.  
de Usur. & alib. Reichs Absch. de Ann. 1500. & 1548. ut von Buchers  
lichen contract. l. improbum C. ex quib. caus. inf. irrog. consule D. Mart.  
Chemnitium in loc. Theol. p. 2. c. 6. fol. mibi 176. D. Meisnerum part. 3.  
Philos. Sobr. c. 6. q. 1. Theologos pietate ac doctrina juxta venerabiles,  
Coibm. vol. 2. resp. jur. 52. n. 33. seqq. Molin. tr. de Usur. n. 73. 86. & 90.

Cæterum si quis personæ indebitæ de lucro caprando certand  
pecuniæ suæ usum concesserit, ratione interusurii quod sibi ad  
est & debitori adest ultra sortem juste quid accipit, utpote cum usus  
illius pecuniæ præter numerationem utenti utilitatem pariat fru  
ctuosam & pretio æstimabilem, non tenetur illam gratis omittere  
c. precarie 10. q. 2. Sed jure usuram percipit ut loquitur Jctus in l. ff  
navis 62. ff. de Rei vind. l. 7. §. 4. ff. de adm. Tur. velut debitam lucri par  
ticipationem ac æris sui usus compensationem & æstimationem.  
l. 29. §. 2. ff. de edil. edict. l. 42. §. 2. ff. sol. matr. l. 69. ff. pro socio. Molin. de  
usur. n. 75. & 831. Hottom. de Usur. lib. 1. c. 1. & 4. quo pacto in quan  
dam negociationis speciem incidit veteribus non incognitam, qui  
nummos à fœneratoribus certa mercede conductos habere dice  
bantur, teste Homat. ferm. lib. 1. sat. 2.

Omnia conductis coemens obsonia nummis.

Non aliter ac in societate in partem lucri vocatur etiam is qui tan  
tum pecuniam contulit; cujus exemplum illustre l. Titius 24. ff. de  
prescr. verb. suppeditat, ubi de lucro & reditu pecuniæ alteri con  
cessa pacisci conceditur vid. Heig p. 2. qu. 1. n. 48. Molin. d. tr. q. 96. n. 439.

Et hanc negociationem ipsa indigentia humana & ratio com  
merciorum, quæ sine magnis sumptibus exerceri haut queunt, sua  
fit, ne debitor ex urgentibus causis temporario usu æris alieni indi  
gens hoc subsidio priveretur, & sic vel commodis suis in oportunita  
te desit, vel necessitati imporrune succumbat arg. l. quod privilegium  
§. ff. de pos. Nov. Leon. 83. Quod constitutione Saxonica approbatam  
constat, in Torgisch. Auschr. ut. von Buchert. contract. §. es ist aber  
leider vid. Coler. de process. Exec. p. 1. c. 10. n. 86. Qua consideratione  
cum ex causa & hypothesi eodem modo quo contractus necessaria &  
heita

licita sit usura, ad jus Gentium secundarium referri potest, quod innuit. *Bach. ad Wesenbec. in par. de usur. num. 6.*

Hinc manat illud Catholicum, cum sortis consumenda usus sine Creditoris damno & incommodo fieri haut censeatur, causam exigendi supra sortem esse verum & justum interesse ipsius Creditoris, quod non tantum ex damno emergente cum scilicet de patrimonio quid diminuitur per l. 3. ff. de damn. infel. sed & lucro cessante, non tamen in infinitum producto, sed ex causis propinquis & justis proveniente, quatenus causaliter ipsi rei inest, estimatur l. commissa ff. rat. rem hab. l. 2. in fin. ff. de eo quod cert. loc. l. unic. C. de sent. qua pro quod int. ubi Donell. c. 10. Lessius de just. & jur. c. 20. dub. 23. Modin. de reb. per Vsur. acquir. qu. 3. Gail. 2. obs. 6. Molin. de Vsur. n. 26. Hujus vero interesse taxatio cum Judicis arbitrio sit relinquenda l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Menoch. 2. arb. jud. quest. c. 119. n. 10 liberum erit Magistratui, si ad præcedendas lites, & avertendas probationum difficultates moderationem hoc in genere constituere voluerit, certum quid loco interesse definiendo *Corbm. 2. resp. jur. 52 n. 114. seq.* Quod novissimo quoque deputationis Cameralis decreto de Anno 1600. §. so viel nun diesen fol. 772. factitatum videmus, quo loco interesse quineunces usurae permittuntur; Quas ipso quoque numerationis die licite stipulari opinamur, quasi super incerto eventu futuri emolumentum ex negotiatione debitoris, & præsumpto damno Creditoris ob hujus ommissam negotiationem, modico in præsens accepto transigi magis, quam postea singularem probationem ejus quod interest instituere velint, quod cum usurarum quantitatem facile excedere possit, præstat in hac incertitudine aliquod esse extremum, in quo acquiescant l. ult. ff. de præst. stipul. l. 13. §. fin. de damn. inf. & vid. Molin. de Vsur. n. 35. & Heig. p. 2. q. 1. n. 77. Covar. 3. var. resol. 4. n. 5. vers. septimo Creditor enim Usurarum quineuncium quantitate non contentus, si plura sua interesse probare voluerit, merito auditur *text. apert. in d. decreto §. So viel nun diesen. vers. Da aber dem Creditori solche fünf Gulden nicht annemlich / sondern er vermeynen wolte tam ex lucro cessante, quam damno emergente ein mehrers zu fordern / das ihm sein ganz interesse zu deduciren / ynd der Rechtlichen erkennniß darüber zu gewarten unbenommen seyn sol.* Idem constitutum

annes  
traudi  
vir X.  
cher  
Mari  
art 3.  
biles,  
5 90.  
tanti  
oi ad  
ulus  
frus  
tere  
l. ff  
i par  
nem.  
lin. de  
quan  
qui  
dice  
  
i tan  
f. de  
con  
n. 439.  
com  
t, sua  
i indi  
unita  
legium  
datam  
st aber  
ione  
aria &  
licia



im Torgisch. Aus schreiben. tit. von Buchert. Contr. s. Als haben Wit  
verf. sonst aber. Carpz. p. 2. d. const. 30. def. 9. § 10. Berlich. p. 2. conel.  
38. n. 19. Quod si probandi viam ingresso fuerit Creditor, & in ea  
defecerit, ad usuras quincunces interesse loco constitutas reverti ne-  
quit: per d. ordin. Torg. d. l. § p. 2. const. 30. ubi Carpz. def. 11. Heig. p. 2. q. 2.  
per loc. Berlich. d. l. n. 21.

Licet autem ut dixi à principio interesse taxari & stipulati  
possit, non tamen exactio ipso numerationis die fieri debet, quasi  
Mutuatarius statim pro interesse satisfacere seu exactum solvere re-  
neatur, sed convenienti denum intervallo, veluti si ex mutuo cen-  
tum aureorum, quinque ratione interesse debeantur, non debet Cre-  
ditor illos quinque statim petere, cum illud quod de presenti sol-  
veretur, à ratione lucris cessantis subduceretur & re ipsa non 100.  
sed tantum 95. alteri traderentur, pro quibus tantundem quan-  
tum pro centum non sine levi iniquitate exigeret Creditor *Medin.*  
*de rebus per Vsur. acq. q. 2. Lessius in compend. de just. & jur. tit. de Vsur.*  
*qu. 4.*

## THESIS XXII.

In mutuo Vsuræ ex stipulatione debentur, (a) definitum tamen modum seu quantitatem legitimam non excedentes. (b)

(a) Mutuum cum re in eatur, & ultra eam extendi nequeat  
*ut ib. 17. dist. sequitur Vsuras tantum ex stipulatione, quæ per se sub-*  
*sistit nullius auxilii indiga, veluti ex alia causa i. e. nova obligatione*  
*l. 121. ff. V. S. principaliter & per se deberi l. 3. C. de Vsur. l. Titius 24.*  
*ff. d. pres. verb. non item ex nudo pacto, quamvis in continenti ad-*  
*jecto, quippe cum sit repugnans naturæ mutui, illi inesse nequit,*  
*ad hoc, ut informet contractum mutui, & actio ex eo descendens,*  
*etiam ad id quod pacto est comprehensum porrigatur: nec per se*  
*quoque actionem producit l. 7. §. sed cum nulla 4. l. 45. ff. de pact. l.*  
*legem l. cum proponas 21. C. eod. Verum licet pactum de præstandis*  
*Vsuris interpositum, quoad petitionem non proficit, ad retentionem*  
*tamen,*



tamen, si promissa usura soluta fuerint, permagni est momenti, ut nec repeti possint, nec in sortem computari; ex pacto enim naturalis oritur obligatio l. 5. §. 2. ff. de solut. quæ ad impediendam indebiti conditionem sufficit l. naturaliter, §. 101. tit. de Condit. indeb. l. quamvis 3. C. de Usur. Servari quoque & retineri possunt Usura per retentionem pignoris, si hoc conventionis pacti usuris obstrictum fuerit l. 4. l. 22. C. de Usur. aut si pignus simpliciter datum fuerit, in usuras quoque acceptum videtur l. si necessarias 8. §. fin. de pign. act. l. Lucius 18. ff. qui pot. in pign. Caterum si aliqua conventio intervenierit, Usuras a pignore sejungens, usurarium nomine retineri nequit l. solutum 11. §. 3. ff. de pign. act. neque tunc pecunia a debitore simpliciter soluta ex arbitrio Creditoris in sortem vel in usuras accepto ferri potest, pro ut Creditori concessu si usurarum nomine vel actionem vel saltem retentionem habeat l. 21. C. de Usur. l. 1. ff. §. C. de solut. sed tantum in sortem cedit l. 5. §. pen. ff. de solut. Bach. ad Tr. de Usur. th. 3. lit. c. Borch. de Usur. c. 3. n. 45.

Sunt tamen casus nonnulli in quibus Usura etiam ex nudo pacto debentur, si argentariis promissa sint. Nov. 136. c. 4. Si ex causa foenoris nautici l. 7. ff. de naut. foen. si civitatibus l. 30. ff. de Usur. aut si causa frumenti vel vini mutuo dati l. 12. C. h. r. Cum itaque præter exceptos casus citra stipulationis vinculum non debeantur usurae, nec litis contestatione inducentur ut Wes. h. 1. n. 3. secus Coras. 2. Misc. 6. 7. arbitratur. Nam quod lite contestata usurae currant l. 35. ff. de Usur. non significat a lite contestata incipere deberi, sed promissas ante per stipulationem non desinere deberi & earum cursum interrumpi l. 1. C. de judic. Salycet. ad l. 1. C. condict. indeb. n. 8. Quod tamen videri poterat propter novationem, quæ per litis contestationem inducta ut obligationem principalem, ita & usurarum extinguere solet l. 18. ff. de Novat. verum hoc in novatione voluntaria, non vero in necessaria obtinet, quæ meliorem solet facere conditionem Creditoris, non deteriorem l. 29. ff. de Novat. l. 86. ff. de R. 7. Bach. ad Tr. d. l. 1. th. 3. l. c. Perez. in Expos. C. h. r. n. 22.

Hodie tamen non attenda stipulationum solennitate, cum pactis eadè quæ olim stipulationibus vis tribuatur c. 1 X. de pactis c. juramen. ti 22. q. 5. etiam nudo pacto usuras induci posse certum est. Item secundum Reichs Absch. des deputations Tags in Speyr de An. 1600. sub fin. §.

F 3 so viel

fo viel nun dieſem nach / & de jure Saxon. im Torgiſchen Aufſchreib.  
zu von Wücher und rouchert contr. §. Als haben tote verſ. Deſglei-  
chen *Conſtitution* Eleſt. 30. part. 2. mutata, à tempore quoque ſolius  
mora Uſuræ quincuncea pro intereſſe abſque ulla liquidatione  
& probatione non ſolum Mercatoribus, qui frequenter negotiari  
conſueverunt, ſed etiam aliis quibuslibet Creditoribus ex quocun-  
que contractu ſive bonæ fidei ſive ſtricti juris, quantumvis inter  
partes de hoc conventum non fuerit adjudicatur, quòd tanti cu-  
juſlibet intereſſe & lucrari quilibet poſſit præſumatur *vid. Berlich.*  
*p. 2. concluſ. 38. n. 8. ſeqq. Carpz. p. 2. c. 30. diſ. 8. Caler. deciſ. 227.* Licet  
de jure communi non adjudicentur priuſquam id liquidatum, vel  
ſaltem per conjecturas & circumſtantias probatum fuerit *per §. non*  
*ſolum 7. ubi ac neceſſe ſit aſtori probare Inſt. de V. O. quod ſcilicet inter-*  
*tereſſe in facto conſiſtat l. quatenus 24. ff. R. J. eoque non præſu-*  
*matur ſed probandum ſit. Jafon int. non utique 3. §. ſin. ff. de eo quod*  
*cert. loc. n. 7. Gail. 2. obſ. 6. n. 4. Myſf. 4. obſ. 56. in ſin.*

Inter uſuras autem quæ ex ſola mora vel officio Judicis, & quæ ex  
conventionem debentur id discriminis eſt: quòd hæc jure petantur licet  
per ſolutionem de ſorte abſolutus ſit Reus, cum n. ſint in obligatione  
& per ſe debeantur, nõ poſſunt videri ſublata ex ſolutione, quæ aliam  
obligationem non tollit, quam in cujus cauſam facta eſt *l. 1. §. ſeqq. ff.*  
*de ſolut. l. 49. §. 1. ff. de Al. Empt. l. 8. verſ. ibi n. dux ff. de eo quod*  
*cert. loc. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. deſ. 5. vid. Berlich. 2. Concl. 38. n. 31.*  
Quod obtinet etiam eo caſu, ſi uſuræ una cum ſorte peti-  
tæ fuerint & judex ſuper illis non pronunciaverit *argum. l. 47. ff. de re*  
*jud. l. 1. C. de judic. pro regula enim traditur, illa quæ ſpeciali actio-*  
*ne veniunt etiam finito judicio peti poſſe Covar. prati. qu. 25. n. 6.*  
Uſuræ autem ob ſolam moram cauſatæ licet ex obligatione ſortis ſint,  
cum tamen in obligatione non ſint *d. l. 49. §. 1. ff. de Al. Empt. Subla-*  
*ta ſortis peritione, amplius deberi nequeunt l. in bona fidei 13. C. de*  
*Uſur. l. 4. C. de poſ. ubi rationem reddit JCrus, quod dux actiones*  
non ſint alia ſortis alia uſurarum, ſed una, ex qua condemnatione  
facta iterata actio rei judicatæ exceptione repellatur; Uſuræ enim  
cum hoc caſu ſint acceſſiones ſortis, ſine ipſa ut principali con-  
ſiſtere nequeunt *c. acceſſorium 42. de R. J. in 6. l. 178. ff. cod. vid.*  
*Myſf. 4. obſ. 48. Lang. de Except. p. 3. c. 17. n. 38. ſeqq. niſi Creditor ſor-*  
*tem*

tem ac  
ſtatio  
vel hyp

rium  
initu  
veteri  
foenor  
l. 47. S  
munci  
daetus  
mam

7. §. 8  
de bene  
8. C. ſi  
ſine q  
ad que

Clariſſ.  
repetit

J

nes in l  
te & po  
Illuſtr  
tuor in

gociat  
ſtipula  
ma; i.

uſur. co  
uſura  
pericu  
ſpecien  
d. l. 26

I  
hic; ſec  
inſiggi  
uſus co

em accipiens de usurarum petitione protestatus fuerit, cum protesta-  
tio conservare soleat jus protestantis l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign.  
vel hyp. sol. Menoch. lib. 3. præsumpt. 45. n. 19. seq.

Modus usurarum, qui, pro sortis summa ad numerum centena-  
rium quantacumq; fuerit reducta, constituitur, & ex Ase velut toto  
initur arg. §. hereditas 5. Inst. de Hered. instit. l. 50. §. fin. ff. cod. de jure  
veteri varius fuit, nam primo 12. tabulis sanctum, ne quis unciario  
foenore amplius exerceret, cujus unciariæ usuræ Scævola quoque in  
l. 47. §. 4. ff. de adm. tur. meminit, deim rogatione tribuntia ad se-  
muncias teste Tacito lib. 6. Ann. c. 16. mox à semuncia ad semissem re-  
ductus est, donec multis legibus & plebiscitis ampliatus ad centesi-  
mam excreverit, quam licet gravissimam & duram molem scutus in l.  
7. §. 8. ff. de adm. Tut. l. 26. C. de usur. & languinolentam Seneca lib. 7.  
de benef. c. 10. vocitaverint, legitima tamen passim dicitur l. si pro mutua  
8. C. si cert. per. l. lecta 40. ff. cod. l. tutor. 7. §. 7. ff. de adm. Tut. ubi gl. non eo  
sine quasi ceteræ usuræ non sint legitima, sed quod ultimus gradus,  
ad quem legitima usuræ se extendunt, in centesima consistat, ita  
Clariss. Dn. Daal. n. Præceptor & Fautor meus nunquam non venerandus in  
reperit. l. eos 26. C. de usur.

Jure tandem novo Justinianus certos ac perpetuos usurarum fi-  
nes in l. eos 26. C. de usur. taxavit, pro diversorum negotiorum qualita-  
te & personarum conditione majores vel minores definiendo. Viris  
illustribus & qui eos præcedunt tertiam partem centesimæ, i. e. qua-  
tuor in centum stipulari permisit; qui ergasteriis præsunt, item ne-  
gociatores usque ad bessem centesimæ, i. e. octo in centum usurarum  
stipulationem moderari jubet, cæteris omnibus dimidiam centesi-  
mæ, i. e. sex in centum, quæ etiam fisco debentur l. ult. C. de fiscalib.  
usur. constituit d. l. 26. C. b. t. Quibusdam tamen casibus centesima  
usura locum habet, velut in trajecticiis pecuniis, quas Creditor suo  
periculo transmare vehendas credit tot. ut. ff. & C. de Naut. fenor. &  
specierum foenori dati onibus, ut sunt fructus frumentum, vinum & c.  
d. l. 26. voss. in trajecticiis C. b. t.

In aliis causis si centesima debeat, non illa ex stipulatione, ut  
hic, sed ex legis constitutione ob dolum vel contumaciam poenæ loco  
infigitur. Veluti si Tutor clam vel dolosè pecuniam papilli in suos  
usus convertit, centesima tenetur l. 38. §. sed quas usur. ff. de negot. gest.  
Tutor.



*l. Tutor 7. §. 4. ubi gl. in verb. legitimus §. 8. ff. de adm. tut. Borcholt. de usur. c. 4. n. 24. Horom. lib. 1. de usur. c. 5. secus si palam & sine dolo id fecerit, non gravissimis usuris, sed iis quæ in regione frequententur, obligabitur l. idemq; 10. §. 3. ff. mandati l. non existimo 54. ff. de Admin. Tut. Sabiecr. add. l. 1. C. de usur. pupill. Molin. tr. de usur. v. 57. §. 588. Item si socius solus in refectionem communis domus sumptus erogaverit altero recusante, à refectionis die, ad centesimam obstringitur alter, aut rem ipsam cedere tenetur l. 4. C. de adif. privat. l. cum duob. 52. §. 10. ff. pro socio. Debitorum quoq; post quadrimestres inducias iudicatum, facere detrectantes centesima subiiciuntur, quippe cum intra iudicatum tempora usurarum cursus inhibebatur, iustum erat contumacem gratia legis abusum, maioribus usuris, totius sortis legaliter novata, mulctari l. fin. §. tot. tit. C. de usur. rei jud.*

Novissimo Imperij iure de Anno 1530, & 1577, tit. von Wucherl. Contr. & Anno 1600 §. so viel nun diesen quincunces usura, i.e. quinque pro singulis centenis annuatim definiuntur, totidem quoq; de iure Saxonico in ordinatione provinciali Tit. von Wucher und Wucherl. Contr. constitutum videmus. Possunt tamen qui Imperio immediate subjecti non sunt, & jus legis ferenda vel statuti condendi in suis territoriis habent, pro utilitate Reipub. majores introducere usuras, cum enim varia sint rerum pretia per singulas civitates regionesque, non iisdem sed interdum levibus, interdum gravioribus fœnerari cogimur usuris §. si quis 33. vers. sed §. pecunia Inst. de Act. l. ideo 3. ff. de eo quod certo loc. Bach. ad Tr. disp. b. th. 4. in fin. Coibm. vol. 1. resp. 18. n. 206. Covar. 3. var. resp. n. 6. Hinc Anton. Perez. in expos. C. b. 1. n. 15. in provinciis Brabantia ex Constitutione Caroli V. centesimam permissam esse ait, quod mercatorum pecuniis suis non carere tantum interesse existimetur.

## THESIS XXII.

Usurarum usuras stipulari, (a) & ultra duplum exigere Creditoribus permissum non est. (b)

Usuras usurarum etiam jus vetus prohibuit l. 29. ff. de usur. l. 27. ff. de rejud. l. 26. §. 1. de Cond. ind. l. improbum 20. C. ex quib. caus. inf. it

rog. ne accessionis ut est usura accessio permetteretur quasi acciden-  
 tis accidens, quod in rerum natura esse nequit *cont. l. neg. 15. l. videamus*  
*19. h. 1.* & commodorum commoda velut duplex unius rei merces  
*l. 2. §. 5. ff. de admin. rer. ad Civit. Ant. Fab. in C. de usur. def. 4. Zang. de*  
*Except. p. 3. c. 25. n. 15.* Quam tamen sanctionem fraudulose foenerato-  
 res circumveniebant, illam de usuris per se à principali sorte sepa-  
 ris interpretantes; itaque aliquanti temporis usuras novata princi-  
 pali obligatione per stipulationem in sortem redegerunt, quasi tunc  
 non usurarum usurae, sed novum iniretur mutuum summæ tunc de-  
 bitæ & exigibilis velut brevi manu exactæ & rursus foeneratæ *vid.*  
*Wesensb. 2. Conf. 7. n. 7. Salycet. ad l. fin. C. de usur. Molin. d. tr. n. 44.*  
 Huic fraudi Justinianus in *d. l. fin. C. de usur.* occurrit, omnem peni-  
 tus renovationem usurarum, seu Anatocisimum ut illam Cicero *lib. 5.*  
*ad Attic. Epist. ult.* vocat, prohibens, utq; usurae semper maneant usu-  
 ra, nec ullo modo incrementum illis, sed tantum sorti antiquæ acce-  
 dat, statuit. Quod tamen verum respectu ejusdem debitoris non  
 diversorum judicamus, quippe ubi usurae exactæ solutæq; sunt, non  
 amplius usurarum sed sortis rationem habent, eoq; alteri jure mu-  
 tuo dari possunt *Bachov. ad Tr. disp. h. th. 5. Ant. Perez. in Expos. C. h. t.*  
*n. 15.*

Hinc Tutor vel Curator quando usuras ab alio solutas accipit,  
 harum usurarum usuras solvere compellitur, quod ob interventum  
 personæ hæc pecunia respectu Tutoris non usurae, sed verè & realiter  
 sortis pupillaris rationem obtineat, quam absq; usuris retinere nec  
 potest nec debet Tutor *l. Tutor. 7. §. 12. l. 58. §. 1. §. 4. ff. de admin. Tutor.*  
 Cum enim *Nov. 72. c. 6. & inde Auth. Novissimè C. de admin. Tutor. in*  
*usum non venerit, vel desuetudine observari desierit, & jus vetus in*  
*l. si tutor. 15. l. ob servus 49. ff. de admin. Tut. & alibi expressum, denovo*  
*consuetudine omnium locorum restauratum sit, testante Covarr. 3.*  
*var. res. 2. n. 1. Rauchb. part. 2. q. 26. n. 6. Hart. Piff. lib. 1. q. 49. n. 24.*  
*Gothm. 5. resp. jur. 24. n. 17.* per plures ibi allegatos, sibi imputet Tutor,  
 quod contra officium suum & pupilli commodum pecuniam hanc;  
 re & occasione data *per l. 3. C. de usur. pupill. l. 12. ff. de Admin. Tut.* alteri  
 non crediderit *Wesensb. 2. Confil. 72. n. 12.* Unde si alia persona non in-  
 terveniatur, sed Tutor solus sibi ipsi sortem pupillarem credat *argum. l.*  
*quociens 9. §. 7. ff. de admin. tut.* usurae ob sortis usum solvenda; sortis  
 fructi.

G

lt. de  
 d fe  
 tur  
 lmin.  
 Item  
 verit  
 alter  
 §. 10.  
 rum.  
 licati  
 a gra-  
 vata,  
 chet.  
 quin-  
 ; de  
 Qui  
 o im-  
 dendi  
 ucere  
 regio-  
 is foe-  
 l. idco  
 vol. 1.  
 . n. 13.  
 n per-  
 tantii  
 tra  
 um  
 r. l. 27.  
 inf. 11.  
 rog.

fructifera rationem non induunt, sed tantum currit eadem prior  
usura pro rata sortis primùm in usus Tutoris conversa, non verò pro  
rata usurarum ejus *per l. fin. C. de usur.* ubi Justin. usurarum usuras  
& Anaticismum penitus sustulit, ut *nullo modo* ulterius induci possit  
*Wesepb. d. cons. n. 12. Carpz. p. 2. c. 30. def. 30. seqq. Molin. tr. de Comm. &  
usur. n. 602.* Usuras tamen sortis pupillaris, quas Tutor debet, duran-  
te tutela vel curatela currere nec duplo terminari opinamur: sortem  
enim cum usuris quam à seipso exigere *l. qui sine ff. de neg. gest.  
l. 9. § 3. ff. de adm. Tut.* & in patrimonium pupilli referre, relataque  
alij foenerare neglexit, sibi potius quam alij de novo sub legitimis  
usuris credere videtur *arg. d. l. 9 § non tantum ff. de adm. Tut.* ut proinde  
eadem usura non tanquam ex veteri sed novo mutuo debeatur.  
Quamprimum autem administrare desit, Tutor incipit esse extra-  
neus debitor, qui nec à seipso exigere nec Creditori pupillo de pecu-  
nia debita negociari tenetur, eoque cessante causa excessus dupli ces-  
sat ipse excessus, & locum habere incipit ratio & dispositio constitu-  
tionis dupli, ita tamen, ut usuris præteritæ administrationis, quibus  
ab eodem debitore nullum incrementum, licet ab altero novo ut ante  
dixi, accedere potest *per l. fin. C. de usur. non computatis, novæ usura  
currant, donec ipsum duplum attingant, vel rationes Tutor reddi-  
derit l. 7. §. fin. l. Lucius 46. § 3 ff. de adm. Tut. l. fin. C. de usur pupill. vid.  
Molin. d. tr. de usur. n. 600. & 603.*

Quod si non usuras usurarum, sed definitum tantum modum  
Creditor stipulando exceleserit, an ad omnem usuram solvendam  
compelli possit debitor? R. usurarum modus cum lege publica defi-  
nitus sit, & omnis excessus improbatus, privatorum conventiones  
non efficitur, ut majores usurae debeantur *l. nec ex pratorio 27. ff. de  
R. J. l. cum allegas 15. C. de usur.* quia in fraudem legis stipulatio hæc  
interposita esse intelligitur *l. julianus 13 §. 26. ff. de A& Empt.* Non  
tamen totus contractus vitatur, sed superfluo deducto, legitima usura  
ex stipulatione hac debetur *l. usuras 20. l. 29. ff. de usur. l. eos 26. §. 1.  
vers. si quis C. de usur. l. 8. C. si cert. pet.* Utile enim per inutile vitari  
non debet *c. utile de reg. jur. in 6. l. 1. §. 5. ff. V. O. Gail. 2. Obs. 4. per tot.  
Berlich p. 2. concl. 38. n. 24.*

(b) Finis seu Terminus usurarum quem excedere non debent,  
est duplum sortis, i. e. alterum tantum quantum est in sorte *l. 9. ff. de  
usur.*

592  
usur. l. 10. C. eod. ut fors ipsa duplo insit Nov. 121. Zang. de Except. p. 3. c. 25.  
n. 33. Unde fit, ut quam primum fortem æquaverint usuræ substi-  
stant, nec quicquam illarum nomine ulterius debeatur, sive illæ usuræ  
negociativæ & conventionales fuerint ut in mutuo l. si non fortem  
26. §. 1. ff. de Cond. indeb. sive incidentes ex mora debitæ l. 27. in fin. C. de  
usur. aut ex nautico fœnore resultantes l. 4. §. 1. ff. de Naut. fœn. cum  
enim usuræ ratione ejus quod interest exigantur, ad ejus modum qui  
ad duplum communiter revocatur l. un. C. de sentent. que pro eo quid  
inter. l. cum & forte 44 ff. de Act. Empt. l. 25. C. de Evict. coercendæ vi-  
debantur, ita ut nec pignora vel hypothecas eo nomine, ut olim, ul-  
terius retinere permiffum sit d. l. 27. C. h. t. nec refert utrum solven-  
dæ seu debitæ adhuc sint usuræ secundum l. 10. C. de usur. an diversis  
temporibus particulatim solutæ fuerint, cum & hæc, si dupli compu-  
tationem attingant, debita dissolvant, & cautiones suis viribus ener-  
vent Nov. 121. c. 2. Nov. 138. ut si posteriores exactæ fuerint, forti impu-  
tandæ sint d. l. 26. ff. de cond. indeb. quæ si expedita fuerit, haud imme-  
rito conditioni indebiti, qua repeti solent ea quæ in debite soluta  
fuerit rot. 1. ff. C. de Condict. indeb. locus erit d. l. 26. §. 1. ff. de Cond. in-  
deb. Carpz. p. 2. Const. 30. def. 27. & in praxi Criminali part. 2. q. 92. n. 42 seq.

Ita tamen usuras duplum excedentes ulterius non currere in-  
telligimus, si in potestate Creditoris fuerit fortem repetere & recipere,  
secus verò si nolens volens ob debitoris moram credito carere cogatur,  
usuræ non cessant, idq; si vel litem super sorte & usuras moverit,  
eamque contestatus fuerit l. lire contestata 35. ff. de usur. mora  
enim quam litem contestando debitor committit l. nemo 82. ff. de V. O.  
l. 1. & ult. C. de usur. & fruct. leg. non deteriorem, sed meliorem Credi-  
toris causam reddere debet l. non solet 86. cum seq. ff. de R. J. l. 29. ff. de  
novat. vel si debitor in jus vocatus, petulanter litis contestationem  
protelaverit, ut interim pecunia utatur, cunctatio hæc pro litis con-  
testatione habetur arg. l. sed ad eos 24. ff. quib. ex caus. maj. l. 2. C. ubi  
in rem actio ibiq; Dd. Zang. de Except. p. 3. c. 25. n. 35. seq. aut si alio mo-  
do debitor de solutione fortis interpellatus effugia quærat, & solu-  
tionem malitiosè differat Carpz. d. l. def. 28. & in prax. Crim. part. 2.  
q. 92. n. 51. seq.

Annui quoq; reditus sive pecuniarij aut fructuarij illi fuerint,  
duplo non finiuntur, sed in perpetuum currunt donec fors redima-

tur vid. Nov. 160. R. Absch. de Anno 1549. in resur. pol. & R. A. de A. 1577.  
tir. von Wucherl. Contr. §. vnd nach dem die Wiederkauuffs Gülden.  
Cum enim debitor seu venditor nullo modo obligetur ad restituendum  
pretium seu pecuniam ex venditione redituum acceptam, sed  
procius & perpetuo sine spe recipiendi ab Emptore alienetur, Emptor  
seu C. editor non duplum, quod nisi respectu sortis debita considerari  
potest, nec ultra sortem, sed aliud loco sortis alienate percipere dicitur;  
Quod licet intra aliquot annos sortem excedat, nihil tamen  
iniqui aut usurarij committit Creditor perpetuo redituum exigendo,  
cum non emanantur propriè fructus seu materialiter reditus ipsi  
annuatim percipiendi, sed jus quoddam actu quæsitum ad illos post-  
modum petendos, quod censetur æquale pretio jam numerato, ut  
ita emptor non ex re aliena sed propria fructus percipere videatur  
*c. 1. §. 2. de Empt. & Vend. in extravag. Lessius de just. & jur. cap. de cen-  
sib. q. 3. §. 4. Medin. C. de reb. per usur. acquis. q. 11. Gail. 2. Obs. 2. n. 7.  
Carpz. pr. crim. part. 2. q. 92. n. 62.*

#### THESIS XIV.

Usuræ etiam legitimùm stipulatæ, si cer-  
tis annis minores acceperit Creditor non  
debentur; deberi quoque desinunt oblatione  
& obligatione sortis solenniter factâ.

Creditor si aliquamdiu minores usuras debito recepit, majores  
petere nequit, sed minoribus consequentis imposterum quoq; con-  
tentus esse cogitur *l. 5. l. 8. C. de usur. l. qui semisses 13. ff. cod. siquidem  
minores accipiendo, tacitè de gravioribus remittendis convenisse  
presumitur l. 17. §. 1. h. r. Quod intellige, si sponte id fecerit cum majores  
accipere potuisset, nam si non sponte, sed quia à debitore plus exigere  
non potuit, minores se recepisse doceat, vel protestatione reservato-  
ria de residuo solvendo sibi consuluerit, quin ad residui petitionem  
admittendus sit, dubium non videtur, eum in necessitatibus nemo  
liberalis existat *Carpz. p. 2. const. 2. def. 6. Harv. Pif. Obs. 144. n. 40. seq.  
Tempus verò, quo præsumpta illa usurarum remissio inducitur,  
triennium esse *Carpz. d. l. §. Subcet. ad d. l. adversus §. C. h. r. autu-  
mant***



577.  
den.  
uen.  
sed  
ptor  
lera  
e di  
men  
ndo,  
an-  
post  
ut.  
atur  
cen-  
m. 7.  
er-  
n,  
io-  
ores  
con-  
em.  
nisse  
ores  
gere  
ato-  
em.  
emo  
seq.  
tur,  
utu-  
nant

mant *arg. l. quicumq; 3. C. de apochis & descript. lib. 10. l. 1. C. de fidei  
comm. vid. Menoch. lib. 3. præsump. 139.*

593

Contra debitor qui minores usuras pollicitus est, si majores sciens  
præstiterit, præstittas nec condicere nec in sortem computare potest,  
tacitum enim pactum inductum esse censetur, quod conditionem  
impedit *l. 1. ff. cond. indeb. l. 9. C. eod.* Non tamen ob voluntariam a-  
liquot temporis præstationem ad majores usuras imposterum quoq;  
præstandas debitor constringitur *l. 7. C. de usur. ubi Dd. l. 28. C. de  
pact.* cum annua illa præstatio causam limitatam habeat tam rati-  
one rei quam temporis, pro quolibet enim duntaxat anno solvit, qui  
extensionem in futurum non parit *l. quod annis 15. § 2. ff. ad l. falcid.*  
nec unius rei solutio in aliâ obligationem infert, sed tantum quando  
& quatenus intervenit *l. fin. C. ne uxor pro Marit.* nisi illa solutio uni-  
formiter facta causata fuerit per decennalem præstationem roborata  
*l. 6. ff. de usur. l. lxxv. C. de Agricol. & cens. lib. 11.* tunc enim le-  
galis tituli præsumptio inducitur, quæ tamen veritati cedit, si probe-  
tur *l. 24. seq. ff. de probat. Salycet. ad. d. l. 28. C. de pact. Molin de usur.  
n. 205. Menoch. lib. 3. præsump. 131. per tot.* dixi si sciens majores  
usuras solverit, secus si errore & ignorantia ductus id fecerit, tunc  
enim ejus quod amplius usurarum nomine solvit ratio habetur, & in  
sortem computatur *l. Creditor 102. § fin. ff. de solut.* nisi præstationes  
illæ per 30. annos & sic per longissimum tempus continuata fuerint,  
quia tunc creditor non tantum juris præsumptione gaudet, sed etiam  
ope præscriptionis actionem omnem citra ullam consideratio-  
nem tituli aut bonæ fidei excludentis, tutus est *l. 8. § 1. § 101 tit. C.  
de præscrip. 30. vel 40. an.* ut proinde debitor ad probandum errorem  
vel indebitum ulterius admitti non debeat.

(b) Si debitor ipse vel alius ejus nomine *arg. l. 17. C. de solut. l. 23. &  
53. ff. eod.* Creditori ipsi *l. acceptam 19. C. de usur. non alij arg. l. 39. ff. de  
neg. gest. t. t. C. res int. al. act. aliis non noc.* totum quod debetur in  
sorte & usuris *d. l. 19. l. 6. C. h. t. l. ob signatione 9. C. de solut. l. fin. C. debit. vend.  
pign. vid. supr. tb. 17. in pr.* realiter obtulerit *l. 82. ff. de cond. & dem. l. 72. in  
pr. ff. de solut. idq; testato, ut parata probatio sit l. 6. C. h. t. l. 1. C. de suscept.  
& prap. lib. 10. tempore & loco congruo l. 39. ff. de solut. l. ob signatione 9.  
C. eod. l. Rome 122 ff. V. O. qualis hoc in loco Creditoris domicilium est,  
cum debitor jus sibi parare & periculum in Creditorem transferre  
intendat *arg. l. pen. § fin. ff. de Cond. & dem. l. quod nisi ff. de oper. libert.**

Bachov. ad Treutl. vol. 2. d. ff. 29. ib. 2. lit. b. sub fin. Salic. ad l. 19. C. de usur. n. 6.  
& 7. nisi Creditor procul abfuerit, tunc Magistratum interpellare ne-  
cessè habet l. 6. C. b. t. vel nominatim aliter de loco conuenerit l. is qui  
9. ff. de eo quod cert. loc. Creditor verò pecuniam ita sibi oblatam reci-  
pere recufauerit vid. Ant. Fabr. in C. de pign. act. def. 6. n. 3. hoc remedium  
debitori constitutum est, ut citatione aduersus Creditorem facta l. 47.  
ff. de re iud. l. 6. C. de remis. pign. Schulz. tract. de oblat. & obfign. c. 4. n. 28.  
Caroc. de oblat. p. 2. q. 3. oblatam pecuniam solenniter obfignet Fab. in  
C. de solut. def. 6. seq. eamq; in loco tuto l. 28. ff. de admin. Tut. qualis cen-  
setur publicus. qui mutuam 56. §. ff. mand. l. 64. ff. de fideiuss. vel quem  
Magistratus constituerit d. l. 19. C. b. t. l. 81. §. 1. ff. de solut. deponat Zang.  
de Except. p. 3. c. 2. n. 84. Donel. 16. Comm. c. 14. Quo casu, cum hæc ob-  
signatio & depositio proximè ad solutionem accedat, æquè ut solutio-  
ne ipso jure liberatur debitor d. l. obfignatione C. de solut. l. 1. §. 36. in fin.  
ff. de posit. & à sorte & ab usuris quocunq; modo debitis d. l. 19. & l.  
6. C. b. t. l. 1. §. fin. & l. 7. ff. eod. etiamsi à Creditore postea conueniatur,  
ut soluat arg. l. nulla ff. de R. J. nisi debitor re integra depositam pecu-  
niam recipiat, inq; suos usus convertat, tunc enim effectū depositio-  
nis per recuperandi actum sublato, rursus teneri incipit d. l. 19. in  
fin. C. b. t. l. 8. ibi & hodie C. de distr. act. pign. non quidem actione direc-  
ta, vel quasi retro versus liberatio non contigisset, ob. l. 7. ff. de usur. sed  
utili ex sententia & æquitate legis, sublata prioris liberationis causa  
d. l. 19. l. sed revocata 20. ff. de iure fisci Gyph. ad d. l. 19. C. b. t. Donel. d. l. vers.  
quid ergo est, ita ut si interpellatus non soluat, & fortis & usurarum  
exactioni subiaceat d. l. 7. ff. b. t. l. 17. ff. de per. & comm. rei vend.

Dixi re integra i. e. antequam Creditor depositum illud ratum  
habeat, etenim si solvi sibi à depositario petat, vel ei aut deponenti de-  
nunciet ut solvat, cum ratihabitione illa per depositarium non re-  
pugnantem, possessionem & inde dominium etiam directum, non  
utile ut vulgo Dd. tradunt, acquirat l. 20. §. fin. ff. de acq. rer. dom. §. ex his  
itag. Inst. per quas pers. vid. Donel. d. l. §. sed cum omnis, ipsius denun-  
ciatio facit ut alii solvere non possit l. 3. C. de Novat. Salicet. ad d. l. lac-  
ceptam 19. C. b. t. n. 2. Depositario v. reluctante aduersus ipsum utilis  
actio depositi ex mente & sententia debitoris Creditori competit,  
arg. l. pen. C. ad exhib. vel utilis rei vindicatio cum traditio vera non  
intercesserit per l. 20. C. de pact. ad depositarum pecuniarum exactio-  
nem d. l. 19. in fin. C. b. t. ubi ita Dd. omnes.

Cate-

Ceterum si debitor totum debitum loco & tempore congruo non  
 tantum obtulerit, oblatio illa obligationem non tollit, cum solutio no  
 sit, nec ejus vicem obtineat l. 9. C. de solut. neq; ceteros ex totali li  
 beratione effectus profuere parit, ut liberationem pignoris l. 20. C. de  
 pign. & hypoth. l. fin. C. de luit. pign. usurarum ex stipulatione vel mora ir  
 regulari cessationem l. 6. l. 19. C. b. l. i. in fin. l. 18. in fin. ff. eod. l. 28. in fin. ff. de  
 adm. Tut. nisi interpellatione sola causata fuerint l. 91. §. 3. ff. V. O. aut  
 nondum inducta Bach. ad Tr. disp. h. th. ult. lit. E. Schulz. d. tr. c. 6. n. 5.  
 Tunc enim ad impediendam moram l. qui Roma 122 §. seja ff. V. O. l. 17.  
 ff. de per. & com. rei vend. purgandam l. 73. in fin. l. 91. §. 3. ff. V. O. in fu  
 turum sc: non in prateritum arg. l. u. ff. de R. J. Bach. disp. h. th. 9. in  
 pr. Arum. tr. de mora c. 9. n. 5. vel constituendum in mora Creditorem  
 sola oblatio plurimum habet momenti l. 30. l. 72. ff. de solut. l. 105. ff.  
 de V. O. Unde si quid sub conditione praestandum, sola oblatio facit,  
 ut conditio pro impleta habeatur in forma specifica l. jure 24 ff. de  
 Cond. & dem. l. 161. ff. R. J. ita ut per aequipollens denuo impleri non  
 possit, quia conditio qua non nisi una numero est, ex quo impleta,  
 conditio esse desinit l. fin. C. condit. insert. l. 3. §. 12. ff. de stat. lib. Hillig.  
 ad Donell. 19. Comm. c. 13. lit. i. Aut si poena aut usurae promissa sint,  
 si pecunia data non sit, oblatio interposita utrumque interruptit  
 l. pen. ff. de Naut. fen. l. 23. in fin. ff. de recept. arb. l. 9. §. 1. ff. de usur. l. si  
 per te 9. C. eod. vid. Zang. d. l. n. 152. & 147. seqq. Schulz. d. tr. de obl.  
 & obfig. c. 6.

THESIS XXV.

**Actio qua mutuuum persequimur est  
 conditio certi (a) ex omni obligatione ex  
 qua certum petitur competens. (b)**

Mutui finis cum sit mutua inter homines sublevatio, homi  
 nis erit hominem beneficio afficere, affecti vero beneficium repen  
 dere l. servus 7. ff. de serv. export. cujus si immemor condicione certi  
 ad repetendum id quod mutuo accepit, compelli potest pr. Inst.  
 quib. mod. re contr. l. 24. ff. de Reb. Cred. Et licet res mutuo data in ge  
 nere tantum restituenda veniat supr. th. 2. lit. d. genus vero incertum  
 sit l. in ratione 10. §. incerta ff. ad l. falc. attamen cum genus hoc nu  
 mero, pondere & mensura ita circumscribatur, ut quale quantumq;  
 in contractum deductum sit constet, genus ipsum natura & pronun  
 ciatione certum esse agnoscitur l. certum 6. ff. de reb. Cred. l. 74. §. 1. ff.  
 V. O.

ir. n. 6.  
 are ne.  
 l. is qui  
 a reci.  
 edium  
 ta l. 47.  
 n. 28.  
 Fab. in  
 is cen.  
 quem  
 Zang.  
 nec ob.  
 olutio.  
 in fin.  
 9. & l.  
 niatur.  
 pecu.  
 ofitio.  
 19. in  
 e dire.  
 sur. sed  
 causa  
 l. l. vers.  
 rarum  
 ratum  
 nti de.  
 on rem.  
 non  
 ex his  
 enun.  
 d. lac.  
 utilis  
 petic.  
 a non  
 actio.  
 Cate.



V. O. Quod si vero nec pronuntiatio nec natura quidditatem, qualitatem & quantitatem definiat, incerta res est conditione incerti prosequenda, etiam si ex eventu certa fiat, veluti fructus vel partus futuri l. ubi autem 75. §. 4. ff. V. O. l. 4. ff. de Vsur. cum in omni contractu quoad illius vim formalem, non eventus sed initium spectandum quo obligatio & inde actio nata l. i. §. 30 ff. deposit. l. 8. mand. sicut ergo ab initio non certi sed incerti erat obligatio & conditio, ita quoque ex post facto l. 137. §. 6. l. 124. ff. de V. O. ideoque quod in l. 9. ff. si cert. per. ex contractu incerto certi conditionem competere dicit JCtus ad innominatos referendum, qui licet natura sua & ordinarie vagam habeant naturam l. i. seq. ff. preser. verb. quandoque tamen ex his certi conditio competit l. i. §. debium ff. const. pec. l. 18. ff. de accept. Wesenb. in n. h. n. 14. Gædd. de contr. stipul. c. 6. n. 220 seqq. vel cum Bach. ad Tr. disp. b. th. 10 de contractu generali, quia natura sua incertus est, id intelligendum, ut est societatis tutelæ, negotiorum gestorum, mandati generalis, arg. l. 38 ff. pro socio l. si qui 10 §. i. ff. de appellat.

(b) Conditionem certi ex quavis obligatione certa competere Ulpian. in l. certi. 9. ff. Reb. Cred. statuit. Quippe cum in omni conditione certi medium concludendi unum idemque sit, certum scilicet dare facere oportere, una atque eadem erit certi conditionis natura; Et hoc est quantum intelligo, quod anxie Dd. dicunt, unam esse conditionem generalem etiam respectu mutui, non quod ex contractu speciali possit nasci actio generalis, cum genus vel tantum sit in intellectu vel tantum intellectu concipiatur, & extra hunc per se viribus suis non nitatur; Sed quod quævis conditio etiam quæ ex mutuo vel stipulatu tanquam species datur, sub generali conditione comprehendatur, & ejusdem sit naturæ in genere cujus sunt alia species in d. l. 9. relatæ. Quamvis autem causa petendi v. c. legati, stipulationis &c. sine cujus allegatione conditio moveri non potest, diversa sit, non tamen diversitas illa causæ diversitatem conditionis in genere arguit, sed facit, ut quot diversæ debendi causæ conditioni generali adjiciuntur, tot species conditionis constituentur per l. 9. in pr. & §. 5. seqq. ff. si cert. per. vid. Bach. in Tract. de Action. disp. 4. th. 10. lit. a. & ad Inst. quib. mod. recont. Gædd. de contr. ab stipul. c. 11. n. 9. seqq. & 20. Verum cum hodie actionis expressio necessaria non sit, sed tantum facti narratio e. dilecti 6. X. de judic. Rosbach. in prax. civ. tit. 33. n. 29. quod in omnibus judiciis receptum esse testatur Gail. l. obs. 61. hic subsisto, & actis Deo gratiæ tricollæ materiæ finem impono.

**TANTUM!**

ULB Halle  
003 862 046


3



Sb.

1007







C. D.  
275-66  
13  
1644

DISSERTATIO LEGALIS  
De  
**Mutuo & Usura**  
Quam  
1644

Permissu ac suffragio Nobilissimæ  
Facultatis Juridicæ in Illustri Leucorea  
PRÆSIDE  
Magnifico & Amplissimo Viro  
DN. JEREMIA REUSNERO,  
Acto & Antecessore Celeberrimo, Facultatis  
Juridicæ Ordinario & p. t. Decano Spectatissimo,  
Decretalium Professore Publico, Curia Electoralis &  
Synedrij Ecclesiastici Asefessore gravissimo.  
Præceptore, Patrono ac Hospite  
inprimis demerendo.  
*publico examini fuit*

**JOACHIMUS Kennenkampff**  
Rigæ-Livonus.  
*ad diem 28. Septemb. in Auditorio Jctorum*

---

WITTENBERGÆ  
Typis JOHANNIS RÖHNER I, Acad. Typogr.  
ANNO MDCLXLIV.

